No. Q.402.29

The Public Library
of the City of Boston

THE
FRANCIS
SKINNER
FUND

FN759; 2.33. 2M.

H1.42

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Boston Public Library

https://archive.org/details/diodorisiculihis00diod

Skinner
Mar. 27 1936

DIODORI SICVLI HISTORIARVM PRISCARVM A POGGIO IN LATINVM TRADVCTI LIBER PRIMVS INCIPIT: IN QVO HAEC CONTINENTVR TOTIVS OPERIS PROHEMIVM.

VAE de mundi creatione deq; omnium prima origine ab ægyptiis traduntur.
Quæ de diis fabuloſæ ægyptii ferunt & quæ in ægypto ab eis urbes ſint conditæ.
De primo hominum ortu & eorum priori uita.
De honore immortalium & templorum ædificatione.
De ſitu ægypti & quæ de nilo præter opinionem dicuntur.
De cauſa inundationis nili & quæ de illa tum hiſtoria tum philoſophi ſentiunt: eorumq; contradictione.

INCIPIVNT capitula ſecundi libri in quo hæc cõtinentur.

Geſta regum ægypti uſq; ad Amaſum regem.
De ſepulchris pyramidibuſq; ægypti quæ inter ſeptem miracula annumerantur & eorum conditoribus.
De legibus ac iudiciis ægyptiorum.
De animalibus diis apud ægyptios ſacris eorumq; cultu.
De moribus quo in ſepeliendis mortuis ſeruant.
De græcis excellentibus doctrina uiris qui eruditionis gratia in ægyptũ profecti ſunt.

INCIPIVNT capitula tertii libri in quo hæc continentur:

De nino qui primus in aſia imperauit deq; eius geſtis.
De ſemiramidis genere eiuſq; incremento.
Quomodo ninus duxit uxorem ſemiramidem ꝓpter eius uirtutes.
Quomõ ſemiramis poſt mortẽ nini ſuſcepto ĩperio multa egregia fecit
Aedificatio babiloniæ.
De ſemiramidis in ægyptum æthiopiam atq; indiam expeditione.
De ſucceſſoribus ſuis regum babyloniæ delitiis & ocio.
Quomodo ſardanapalus ultimus aſſiriorum rex propter uoluptates regno a barbaco medio priuatus eſt.
De regibus medis & quomodo de eis diſſentiunt ſcriptores.

De caldeis & de obſeruatione aſtrorum.
Deſcriptio indiæ & de his q̄ in ea fiunt deq; indorũ moribus & īſtitutis
De ſcithis amazonibus & hyperboreis.
De arabia: deq; his quæ in ea ſita eſſe fabulantur.
De inſulis uerſus meridiem in oceano inuentis.

INCIPIVNT capitula quarti libri in quo hæc continentur.
De ethiopibuſ qui ſũt ultra libyā deq; hiſ qui apud eoſ ātiquitus ferũtur
De auro qui ī extremis ægypti effoditur: deq; eius p̄parationis artifitio.
De his qui maritima loca arabiæ īcolũt atq; ad oceanũ ſita uerſus īdiā loca uergunt. Vbi deſcribantur ſingulatī nationes & quibus legibus utuntur & quãobrē multa de eis uariæ ferũtur: mīmeq; fides illis præſtetur.
De priſcis libyæ rebus: deq; his quæ de gorgone & amazonibus & āmone atq; adhantibus ſcribuntur.
De his quæ de niſa feruntur fabulæ in quibus de titanibus de dionyſio & deorum matre continentur.

INCIPIVNT capitula quinti libri in quo hæc continentur.
Prohemium de his quæ apud hiſtoricos fabuloſæ feruntur de dionyſio priapo hermaphrodito & muſis.
De hercule & duodecī eius laboribus cæteriſq; uſq; ad uitæ finē geſtis.
De argonautis medea & filiabus pelei.
De pronepotibus herculis.
De theſeo & eius certaminibus.
De ſeptem regibus qui ad thebas caſtrametati ſunt.
De proauis eorum.
De neleo & eius pronepotibus.
De aſopi filiabus & eaci liberis.
De pelope tantalo oenomao & niobe.
De dardano & eius uſq; ad priamum pronepotibus.
De dedalo minotauro: & de minois exercitu aduerſus cocalum regem.
De ariſteo: daphnide: euridice & de orione.

INCIPIVNT capitula ſexti libri in quo hæc continentur.
De his quæ fabuloſæ de ſicilia ferũtur & de figura & magnitudīe īſulæ.
De cerere ac proſerpina & frumenti inuentione.

De lipara & cæteris quæ eolides inſulæ appellatæ ſunt.
De medita glauco & cercina.
De thalia cymo & ſardone.
De pithuiſſa & inſulis quæ aliqui baleares appellant.
De inſulis oceani quæ ad heſperum uergunt.
De britannia inſula & dea quæ dicitur baſilea ubi electrum oritur.
De galitia celtiberia hiberia lyguria tyrrenia & de his qui ea loca habi tant & quibus legibus qui ea loca habitant utantur.
De īſulis oceani quæ ad meridiem ſunt: & de ea quæ hiera appellatur & panehea & quæ de his quæ in ea ſcribuntur.
De ſamothracia & de myſteriis quæ in ea ſunt.
De naxo ſyrna & calidria.
De rhodo & iis quæ de ea fabuloſæ feruntur.
De cheroneſſo quæ rhodo oppoſita eſt.
De creta & iis quæ de ea fabuloſæ feruntur uſq; ad iuniora tempora.
De leſbo chio ſamo coo & rhodiorum coloniis.
De thenedo & de habitatōibus eius & de eis q̄ a thenedis geſta dicūtur
De cicladibus inſulis.

FINIS.

VLLVS Antea quātū uis præclarus rerum ſcriptor
fuit Sāctiſſime pater: qui ſuū opus æque merito: atq;
ego tibi has meas uigilias: alicui prīcipi dicaret. Quid
ē enim æquius: q̃ ingenii monumenta ad eū deſtinare:
qui omnibus ingenio præſtet & doctrina? Aut quod
magis debeam: q̃ meos riuulos ad eum fontem referre:
a quo curſus præſentis operis emanauit? Nam licet an
tea quicquid ocii ſupererat ad ſcribēdi curam: ne per ſecordiā efflueret:
mea ſponte cōferrē: erat tamen paulo remiſſior animus temporum: ne
dicam ſuperiorum pontificum: culpa: cum omne ferme tempus nō ī litte
rarū: prout optabam: ſtudiis: ſed in quæſtu ad uitæ ſuſtentaculum con
ſumi rerum inopia urgeret. Et certe quanq̃ uitæ meæ inſtitutio ea ſem
per fuerit: ut pluris uirtutem q̃ pecuniam fecerim: tamen nimiū aliquan
do: ſi uerꝫ loqui licet: noſtri pontifices ī erigendis ornādiſq; doctorꝫ ui
rorum īgeniis dormitarunt: Quidam bonarum artium inſcitia: quidam
ita pecuniæ addicti: ut plus apud eos ambitionis & quæſtus: q̃ uirtutis
aut litterarꝫ ratio ualeret. Quæ res bonis uiris admodū grauis: multo
rum mentem a ſcribendi cogitatione alienauit. Indignū quippe eſt: nec
ſapientibus uiris æquo animo ferendum: eos ſæpiſſime reiectis meliori
bus præ cæteris extolli: quos: ut leuiter dicam: nihil præter pontificum
uoluntariam indulgentiā cōmēdet. Te ſolū hæc noſtra cōſpexit ætas:
qui cum probe noris uirtutem uitæ mortalium ducem eſſe: præſtantis
doctrina uiros ſubleuares: & ab inerti ocio ad ſcribendi negocium tradu
ceres: Vt uere hanc noſtram chriſtianā rem pu. ab eo nunc regi gloriari
poſſimus: qui & ſapientiſſimus exiſtat: & diligat ſapientiæ ſtudioſos.
Quod unum ſane cæleſtis dei donum tanti faciēdum cenſeo: quāti eſt
uirtus uiciis præferenda. Nam ubi doctrinarum ceſſāt exercitia: ubi nul
lum inter doctos atq; ignauos diſcrimen uiget: ubi nullus uirtuti locus:
nulla ſtudiorum ratio habetur: uicia ibi regnent: torpeſcāt ingenia: prin
cipatus & regna decidāt: rerumq; omnium dominetur cōfuſio neceſſe ē.
Itaq; nunq̃ ſatis ꝓ meritis tua probitas ac uirtus laudari poteſt: quæ cū
omnem ante actam uitam uariis diſciplinis impenderit: nunc & doctis fa
uet uiris: & ſua munificentia reliquos ad eandē inuitat uirtutis emulatio
nem. Ego ſane: cuius inter omnes tenuis eſt & doctrina & dicendi facul
tas: profiteor me tuis exortationibus liberalitateq; compulſum operoſi
us q̃ ante: ſcribendi ſtudio incubuiſſe. Nam cum prius hortatu tuo xeno

phontem de cyri uita latinis legēdum tradidiſſem:& hos quoqꝫ ſex diodori ſiculi libros:quos fabuloſos ob antiquitatē tempoꝝ:nam ante bellū troianum acta continent:appellauit:traducendi munus te inſtante ſuſcepi.Haud ignarus rem ſatis difficilē me ſubire:& multoꝝ expoſitā obtrectationi:quæ licet ſit parui bonis pendenda:tamen cum priſcos illos ſūma auctoritate uiros aliquando laceſſiuerit:quid de nobis extimādū eſt: quos non auctoritas non dignitas tuetur? Sed tuo: quod eſt exquiſitiſſimum:doctoꝝqꝫ iudicio fretus:hoc opus abſolui :eam mihi tranſferendi legem inſtituens:quæ a me in xenophōtis prohemio præſcripta eſt:ut ommiſſa uerboꝝ:qua multi græcoꝝ utuntur:ambage ſententiis hærens noſtrum dicendi morem fuerim:ſalua rerum fide ſecutus. A lectoribus uero:ut noſtris acquieſcant copiis:poſtulo:neqꝫ ultro q̄ uires ferant: exigere a nobis uelint.Si quis ampliora petat ingrati hominis munere fūgetur:non contentus his:quæ nulla cū impēſa ultro liberali manu porrigūtur.Ne quis uero id inſcitia factum putet:ſciat conſulto me breuitati cōſulentem:aliqua omiſiſſe:quæ ſacietatē orationi peperiſſent potius :q̄ uenuſtatem.Licet autē in libri primordio ſatis ab auctore de hiſtoriæ utilitate ſit explicatū: hæc tamē antiquitatis indagatio:ī qua omnis priſcaꝝ rerum a primoꝝ hoīum ortu uſqꝫ ad bellum troianum cognitio uerſatur præcipuis eſt laudibus efferenda.Ab hoc enim ueluti hiſtoriaꝝ fonte: qui poſtmodū ſecuti ſunt:in priſcis hiſtoriis fabuliſqꝫ recenſendis hauſere:unde ad cæteros tranſfundere ualerēt.Opus hoc certe uariū eſt:egregium:luculentū:noſtris uero adeo utile cognitu:ut exiſtimē legentes ex tot rerum excellentiū notitia labori noſtro gratiam habituros. Sed iam ipſe diodorus loquatur.

TOTIVS OPERIS PROHEMIVM.

Quæ de mūdi creatōe:deniqꝫ oīum prīa origine ab ægyptiis tradūtur. Quæ de diis fabuloſe ægyptii ferūt:& quæ ī ægypto ab eis urbes ſint conditæ. De primo hominum ortu:& eorum priori uita. De honore īmortalium & temploꝝ ædificatione. De ſitu ægypti: & quæ de nilo præter opinionem dicuntur. De cauſa inundationis nili: & quæ de iſta tū hiſtorici tū philoſophi ſentiunt eoꝝqꝫ cōtradictione.

MAgnas merito gratias rerū ſcriptoribus hoīes debēt:qui ſuo labore plurimū uitæ mortaliū ꝓfuere.oſtendunt enī legentibus præteritoꝝ exēplis:quid nobis appetendū ſit:quid ue

fugiendum. Nam: q̄ multarꝝ experimento rerꝝ uariis cum laboribus ꝑicu
liſqꝫ ꝓcul ipſi ab omni diſcrimine geſta legimus: nos admonent maxime
quid conferat ad degendā uitā. Ideoqꝫ heroū ſapientiſſimus eſt habitus
is: qui ſæpius aduerſam fortunam expertus multorꝝ urbes ac mores con
ſpexit. Cognitio uero ex aliorꝝ tum ſecundis tum aduerſis rebus ꝑcæpta
doctrinam habet oīum periculorꝝ expertem. Omnes præterea mortales
mutua quadam cognatione uinctos: licet locis ac tempore diſtantes ſub
unum ueluti conſpectum redigunt: diuinam ſane prouidentiam imitati:
quæ tum cæli ornatum: tum naturas hominū uarias cōmuni ordine quo
dam per omne æuum cōplexa: quid quēqꝫ deceat diuino munere imparti
tur. Eodem pacto qui totius orbis uelut unius ciuitatis acta ſuis operibus
inſtruerunt: in cōmunem ea utilitatem conſcripſere. Pulchrum eſt igitur
ex aliorꝝ erratis in melius inſtituere uitam noſtram: & non quid alii æge
rīt quærere: ſed quid optime actum ſit: nobis proponere ad imitandum.
Seniorum conſilia: quos longa ætas prudentiores effecit: laudantur a iu
nioribus. At hos antecellit hiſtoria: quāto plura exempla rerum comple
ctitur diuturnitas temporis: q̄ hominis ætas. Itaqꝫ ad uitæ inſtitutionē
utiliſſima hiſtoria cenſenda eſt: tum iunioribus: quos lectio diuerſarꝝ re
rum antiquioribus æquat prudētia: tum uero ætate maturis: quibus diu
turna uita rerum exꝑimenta ſubminiſtrauit. Adde ꝙ priuatos uiros im
perio dignos efficit. Imperatores ob īmortalem gloriam ad præclara fa
cinora impellit. Milites ꝓpter laudem: quæ mortuos ſequitur: ꝓmptio
res efficit ad ꝑicula ꝓ patria ſubeunda. Imꝓbos timore infamiæ a malis
facinoribus deterret. Deniqꝫ litterarꝝ monumētis: quæ teſtimoniū uirtu
ti præbent: moti quidam tum condidere ciuitates: tum leges utiles uitæ
mortalium ediderunt. Nōnulli nouarꝝ artium doctrinarūqꝫ inuentores
ad uſum gētiū extitere. Sed oīum rerꝝ: quibus fælicitas hominis paratur
laudē præcipuā cauſāqꝫ hiſtoriæ tribui decet. Eſt enim cuſtos eorꝝ: quæ
cum uirtute acta ſunt: teſtē ſe malefactis beneficamqꝫ erga omne genus
hoīum præbens. Et enī ſi ea: quæ de inferis & quidē fabuloſe feruntur:
multū conferunt hoībus ad pietatem ac iuſticiā ſeruandā: quanto magis
putandū eſt hiſtoriā ueritatis aſſertricē: tanq̄ totius philoſophiæ paren
tem: mores noſtros effingere ad uirtutē. Omnes enim fere mortales na
turæ infirmitate maiorē uitæ partē ocioſi ac ſegnes degunt: quorꝝ uitæ
ac mortis æqua obliuio eſt: cū par uiriuſqꝫ īteritus ſequatur. Virtutis ue
ro facinora īmortalia ſunt: præſertim cum hiſtoriæ beneficiū acceſſit. Et

quidem decoꝝ eſt mortales labores ꝑpeti pro gloria ĩmortali. Hercules
quidem magnos multoſq; dum uixit labores ac ꝑicula ſpōte adiit: ut ſuis
erga omnes gentes beneficiis ĩmortalitate donaretur. Cæteros egregios
uirtute uiros: hos quidē heroum: hos uero deoꝝ honores aſſecutos uide
mus: oēs certe magna laude dignos: ſed eoꝝ tamen oĩum geſta ac uirtu
tes hiſtoria ab interitu uendicauit. Et enĩ cætera monumenta ad paꝝ tē
pus ꝑdurant uariis caſibus diſturbata: hiſtoriæ uirtus ꝑ uniuerſum orbē
diffuſa: ipſū: quod cætera conſumit: tēpus cuſtodē ſui habet. Affert præ
terea multū opis eloquentiæ: qua nil fere p̄clarius repitur. Hac græci bar
baris: docti: indoctis præferuntur: cū hæc una ſit: qua hoĩes inter ſe cæte
ris antecellant: uidetur quoq; res eſſe tanti: quanti fuerit dicētis uirtus &
eloquētia. Et quidē uiros bonos laude dignos arbitramur: ut qui uirtutis
iter nobis oſtenderunt: ueꝝ cum alii aliud iter ſibi delegerint: poeſis qui
dem magis oblectare animos: q̃ ꝓdeſſe uidetur: & gentium leges ac inſti
tuta magis punire q̃ docere. Ita & artium reliquaꝝ: hæc nil ad fælicitatē
conferunt harum utilitas damno ꝑmixta eſt. Quædam pro uero docent
mentiri. Sola hiſtoria pares uerbis res geſtas repræſentans: omnem com
plectitur utilitatē. Nam & ad honeſtū impellit: deteſtatur uicia: probos
extollit: deprimit improbos. Deniq; reꝝ: quas deſcribit: exꝑimento plu
rimum proficit ad rectam uitam. Aduertentes igitur quanta laus ſcripto
ris maneat: exemplo eoꝝ moti: qui ſcribendo opam præbuerunt: hāc hi
ſtoriam aggreſſi ſumus. Verum cum ſuꝑiores memoria ſcriptores repeti
mus: paululum admirari multoꝝ cogimur cōſilia: qui cum multaꝝ diuer
ſarumq; rerum notitiam plurimum in ſe continere utilitatis norint: eorū
tamen quidam: aut genus aut urbis unius hiſtoriam abſoluere: pauci a ue
tuſtis hiſtoriis initium ſūmentes uſq; ad eorum tempora geſtas res & in
communi poſitas complexi ſunt. Et hi quidem ſua tempora tātum tradi
dere haud continuata ſuperioribus rerum ſerie: hi barbaroꝝ geſta tranſ
greſſi ſunt. Alii antiquas hiſtorias ueluti fabuloſas ꝓpter earum difficul
tatem contempſerunt. Non nulloꝝ: cum cæpiſſent: mors præueniēs hi
ſtorias interrupit. Nulli uero tranſcendere ſcribēdo macedonum tempo
ra: in philippi aut alexandri aut ſucceſſoꝝ geſtis tantummodo uerſati.
Multis autem memoratu dignis rebus deĩceps uſq; ad noſtram ætatem
actis: nullus hiſtoricus ea ſcribere unica hiſtoria conatus eſt: rei magnitu
dine forſan diffiſus. Qua propter licet tempoꝝ rerūq; uarietate: tū ſcri
ptoribus diuerſa tradentibus: ardua uideatur & memoratu difficilis præ

teritorum deſcriptio:attamen decreuimus & ipſi eam hiſtoriā:quæ multis prodeſſet:ob eſſet nemini:legētibus tradere. Nam ſi quis memoratu dignas & totius orbis:tanq̄ unius ciuitatis:priſcoꝵ temporꝵ ad ſuā uſqꝫ ætatem geſtas res ſcripſerit:laborioſum quippe ſubibit opus:ueꝵ ſatis audientibus utile. Licebit enim tanq̄ ex fōte uberimo:quid cuiqꝫ uſui exiſtat:baurire:. Quod ſi quis ꝑcurrere omnes ſcriptores cupiat: opprimetur tum libroꝵ multitudine:tum diuerſa ſcribentium uarietate: ut haud facile uerum poſſit elicere. At ea:quæ ſub unicam hiſtoriā digeruntur:in prōptu ſunt lectoribus:faciliſqꝫ eoꝵ notitia eſt. Deniqꝫ eo ſcribendi modus hic eſt præſtantior cæteris:quo utilius parte aliqua totum habetur: & continuū rei præſtat diuiſæ. Id quoqꝫ quod tēporibus diſpartitur notius eſt eo:quod eſt tēpore confuſū. Igitur penſitantes hunc ſcribendi modū eſſe utillimū:ueꝵ plurimo labore:& tēpore longo egentē:triginta annos ī hoc opus abſumpſimus. Multis enim difficultatibus ac ꝑiculis maiorem aſiæ peragrauimus europæqꝫ partē. Quo maiori:quæ a nobis deſcripta ſunt:ex parte locis conſpectis certa litteris mādaremus. In multis enim locoꝵ ignorantia errarunt non ſolū:quidā rudes ſcriptores:ſed etiā docti. Vrbs præterea roma:ī qua plurimo tēpore uerſati ſumus:ob imperii magnitudinē ꝑ uniuerſum orbem diffuſi:plurimum nobis ad ſcribendum opitulata eſt. Orti enim ex argira ſiciliæ ciuitate:percæpta a romanis:qui ad eam cōfluebant:latina lingua ex ueteribus annalibus & duces:eorum & geſta nouimus. Initium uero ſcribendi ſumpſimus ab his: quæ tum græci tum barbari priſci ſcriptores tāq̄ fabulis ſimilia litteraꝵ monumentis explicuerunt. Et quoniam priſca illa ad noſtrā uſqꝫ ætatem tempora cōplectimur:in hunc modum paucis hiſtoriam noſtram diuiſimus. Primi ſex libri antiquorum geſta:quæ illi fabuloſa appellant: ante bellum troianum continent:in horum primis tribus:barbarorum:in reliquis antiquæ græcorum res narrantur. In undecim deinde conferuntur: quæ a troiano bello uſqꝫ ad macedonis alexandri mortem geſta ſunt. In reliquis tribus & uiginti coniicimus:quæ deinceps uſqꝫ ad bellum gallicum continentur:quod romani duce Iulio cæſare:is ob geſta egregia inter deos & relatus:uirtute cuius gallia omnis ſubacta eſt geſſere:protendit uero romanum imperium uſqꝫ ad britaniæ īſulas. Huius res priores geſtæ primo centeſimæ octogeſimæ olimpiadis anno actæ ſunt principante athenienſibus Erodo. temporꝵ:quæ noſtra hiſtoria ante bellū troianū cōpræhendit:ſcriptoꝵ īopia haud ſatis certa nobis ratio cōpta

eſt ab eo. Appollodorus athenienſis octoginta annoꝝ hiſtoriam conte xuit: uſq; ad reditum hereclidarum: a quibus uſq; ad primã olympiadem anni computantur trecenti & uigĩti octo numerato tẽpore: quo reges la cedæmoniæ imparũt. A prima uero olympiade uſq; ad initium belli gal lici: quod nobis ſtatuimus ſcribendi finem: ſeptingenti ſunt & triginta anni. Omnis hæc ergo hiſtoria quadraginta explicata libris annos com plectitur mille centũ triginta octo: his exceptis quos uſq; ad bellũ deſcri pſimus troianum. Hæc diligenter partiti ſumus: quo & legentibus nota fiat hiſtoria: & inuidi abſtineant a detractione. Quãuis quærite ſcripta erunt: carebunt inuidia: quæ uero inſcitia omittentur: alioꝝ ĩduſtriã cor riget. Nunc prĩcipiũ ſcribendæ hiſtoriæ ſũmetur. Quid de diis & qui primi eos colere docuerunt: & quid de illoꝝ ĩmortalitate ſenſerint: haud paucis ꝓpter rei difficultatẽ exprimi põt. Sed quæ ad hiſtoriam ꝑtinere uidebuntur. quo ſint notiora legentibus: ĩ certa diſtribuemus capita: ut nihil dignum memoria omittatur. De genere autẽ hominum: deq; his: quæ in orbe terraꝝ antiquitus dicuntur geſta: diligenter quantũ in tam remotis ꝓpter antiquitatẽ rebus licebit a priſcis illis tẽporibus ſumpto initio ſcribemus. Prima hominũ generatio apud doctiſſimos ac præſtan tiſſimos uiros: qui uerã naturam & hiſtoriã tradiderunt: duplex fertur. Quidã mundũ ingenitum & incorruptibilẽ & genus hominũ ab æter no extitiſſe neq; habuiſſe ortus principiũ ſenſere. Quidã genitũ corru ptibilemq; arbitrati. & hoĩes dixerũt generationis initiũ tẽpore eſſe ſor titos. Nam a rerũ primordio & cælum & terrã unicã habuiſſe ideam in mixta eoꝝ natura. Exinde diſtinctis inuicem corporibus cæpiſſe mundũ hunc ordinẽ: quẽ uidemus. Aerem quidem motum hunc continuũ ſorti tum: & igneã partem eius ſuꝑiora loca propter leuitatẽ aiunt appetiſſe. Eadem cauſa ſolem & aſtra curſus ſuos ſortita. Quod uero humori mix tum eodẽ ſtetiſſe in loco ꝓpter grauitatẽ: quæ cum mixta eſſent: ex humi dis quidẽ mare effectum: ex durioribus uero terrã lutoſam euaſiſſe: & om nino mollem. Hæc primum cum ſolis ardore denſior euaſiſſet: eius poſt modũ ſuperficie ui caloris tumefacta multis in locis humores quoſdã eſſe concreatos: in quibus putredines tenui contectæ pellicula ſint excitatæ: queãdmodum in paludibus & ſtagnis ægyptiis uidemus accidere: cũ fri gidam terram ſubito æſtus aeris calefacit: cum uero in humidis calore ad hibito generatio fiat: & noctu quidem circũfuſus aer humorem præſtet: qui die ſolis uirtute cõſolidetur: tãdẽ putredines illæ ad ſũmũ ꝑducẽta

aduentente ueluti partus tempore exuſtis cõfractiſq; pelliculis: omnis ge
neris educunt animantiũ formas. Quorꝝ ea: quæ maiorem calorẽ ſortita
ſunt in ſupiorem regionem uolatilia affecta abierũt. Quæ uero plus ter
ræ continebant ſerpentia aliaq; terreſtria euaſerunt animantia. Naturã
aquoſam nacta in ſui generis elementum delata ſunt: & appellati piſces.
Terra deinceps tum ſolis ardore tum uentis in diem magis arefacta: a gi
gnendis maioribus animalibus deſiit. Sed quæ generata erant mutua cõ
mixtione alios animantes ꝓcrearunt. Hoc & euripides Anaxagoræ phy
ſici diſcipulus ſentire uidetur cum in menalippo calũ et terrã mixta olim
fuiſſe tradat. Seperata poſtmodũ: generaſſe ſingula arbores uolatilia: fe
ras: ac omne mortalium genus. De prima terræ generatione q̃uis præter
opinionem nõnullus eſſe uideatur: tamen ea: quæ nunc quoq; fiunt: his
teſtimonium uidentur afferre. Nã iuxta thebaidem ægypti: cum nili ceſ
ſauit inundatio: calefaciente ſole limum ab aqua relictum multis in locis
ex terræ hiatu multitudo murium oritur. Quod argumento eſt ab ipſo
orbis primordio animantia ſimiliter omnia generata eſſe. Eodem quoq;
modo et homines a principio genitos dicunt: in agris paſtum quærẽtes
ſilueſtri et incondita uita uixiſſe: quibus herbæ et arborꝝ fructus ultro ui
ctum præberent. Beluas inſup iis fuiſſe infenſas: quibus ut obſiſterẽt cæ
tus hominum ob timorẽ factos aiunt cõmunis utilitatis gratia: auxiliaq;
inuicem præbita: et loca habitaculis quæſita. Sonus oris cõfuſus cũ eſſet:
paulatĩ diſcreuiſſe uocem aiunt: et res omnis ſuo nomine appellaſſe. Ve
rum cum diuerſis ſiti eſſent in orbis locis: non eiſdem uſos uerbis ferunt
ꝓpterea et diuerſos litterarꝝ caracteres extitiſſe. Primoſq; hominum cæ
tus ſuæ quẽq; gẽtis initium fuiſſe. Verum primi homines nullo ſubſidio
fulti duram agebant uitã. Erãt enim nudi: nullo neq; ædium neq; ignis
adinuento uſu: cibo indiẽ quæſito: cum ignorarent agreſtes fructus ĩ uſũ
futurum condere & ſeruare ad egeſtatem. Quo fiebat ut hyeme plures
aut fame aut frigore interirent. Experimento deinde edoctos: & ſpelun
cas aiunt quæſiſſe ad euitandam frigoris uim: & fructus ſeruare cæpiſſe.
Ignis autẽ notitia cæterarꝝq; utilium rerum percæpta: & cæteras quoq;
uitæ hominum cõmoditates breui tempore eſſe adinuentes. Deniq; ne
ceſſitatem ipſam rerum magiſtram factam: ſingulorum peritiam ĩgeniis
mortalium ſubminiſtraſſe: quibus coadiutores datæ ſunt manus: ſermo
animiq; præſtãtia. Sed hactenus quæ ad primũ hominũ ortum & uictũ
uetuſtum ſpectarent: nunc ea: quæ diuerſis orbis locis geſta litterarum

monumenta tradiderunt: recenſeamus. Qui primi fuerint in orbe reges nequaq̃ cõpertum habemus: cum nulli hiſtorici eos tradant. Impoſſibile quippe eſt litteras æquæ: ac primos reges: uetuſtas extitiſſe. Si uero quis litteras etiã tum fuiſſe contendat: certe rerꝫ ſcriptores multo poſt tempore fuere. Sed quæ antiquior ætas tulerit: nõ ſolũ græci dubitãt: ſed etiã: qui ſe indigentes primoſq; rerꝫ ad uitã utilium ſcriptores appellant barbari: atq; abſe multorꝫ temporꝫ geſta memoriæ ꝑdita affirmãt. Nos uero: quæ gẽtes quæ uenationes aut quatenus tẽpore: aut quot annis priores cæteris fuerint haud quaq̃ ꝑ compto tradẽtes: quæ a ſingulis ſcriptoribus de antiquitate ueteribus ue geſtis ſunt tradita: quæ ſimilia uideantur uero ſequuti initium ſũmemus a barbaris: non q eos græcis antiquiores putem: queãdmodũ ephorus dixit: ſed ut cum barbara abſoluerimus græca narrãtes nihil externũ eorꝫ rebus inſeramus. Quoniã apud ægyptios deorꝫ genus primum fuiſſe fabulantur: aſtrorꝫq; ab hiis ueteres obſeruationes repertas. Plurima quoq; ac præclara excellẽtium uirorꝫ geſta feruntur digna memoratu: ab rebus eorꝫ hiſtoria ordietur. Tradũt ægyptii ab orbis initio primos homines apud ſe creatos: cum bonitate foelicitateq; ſoli: tum ꝓpter nilum: qui & multa generat: & ſuapte natura: quæ genuit: facillime nutrit. Nam & arundinum radices præbet & lotum: & ægyptiã fabam: & quem dicũt corſeum: multaq; præterea ad uictum hominum expoſita. Prima animantia apud ſe orta ea utuntur coniectura: q nunc etiã in thebaidis agro certis tẽporibus multi ac magni generentur mures. Qua ex re plurimum ſtupent homines: cum uideant quorundã anteriorẽ uſq; ad pectus & priores pedes: murium partẽ animatã moueri poſteriori nondum inchoata ſed informi. Ex hoc ꝑſpicuum fieri aiunt ab ipſo orbis ortu primos homĩes ægyptum ꝓtuliſſe. in nulla enĩ orbis parte accidit eo modo animalia creari. Nam ſiue diluuium deucalionis tẽpore plura animantia abſumpſit: ægyptum aiunt ut puta ad meridiem poſitam: cum in ea pluuiæ raræ ſint expertẽ eius calamitatis fuiſſe: ſiue ut quidam ſentiunt: ſingula interierunt: æquum eſt: ſi terra rurſus animalia genuit: apud ægyptum principium generis omnium animantium extitiſſe. Temperiem quippe aeris æquum eſt præbuiſſe generationi principium & cauſam generandi. Et enim & nunc quoq; poſt nili undationem cõſpicitur diuerſorum animantium foetus. Abſcedente enim aqua limoq; terræ a ſole arefacto: ferunt quædam animalia perfecta ſemiperfecta alia uideri in terræ gleba. Igitur primi illi hoĩes olim in ægypto geniti: hunc

mundi ornatum conſpicientes admirante ſq; uniuerſorum naturā : duos eſſe deos & eos æternos arbitrati ſunt: ſolem uidelicet & lunam: & hunc quidem oſiridem: hanc iſidem certa nominis ratione appellarunt. Et oſiridem quidem græca interpetratione : ut qui ſuis radiis ueluti pluribus oculis terram ac mare luſtraret: multos oculos habentem dixere. Cui rei poetæ quoq; uerba congerunt: ſolem omnia conſpicientem dicentes atq; audientem. Græcorum uero quidam : qui antiquiores ſcripſerunt fabulas. Dionyſium ſyrium cognomine appellant : quorum Eumolpus in carminibus bacchicis inquit Dionyſium aſorum inſigne incenſum radiis. Orpheus uero eum ſplendentem ac Dionyſium uocat : aiunt etiam quidam cognomen illi a pelle propter aſtrorum uarietatem inditum. Iſidem uero interprætatam eſſe antiquam: ſumpto nomine ab æterno & ueteri eius ortu. Addunt ſibi cornua : tum propter aſpectum: ita enim uidetur quo tempore primis diebus apparet: tum quia bos ei ab ægyptiis ſacrificatur. Hos deos arbitrati aſſerunt illos uniuerſum circuire orbem ac nutrire : augereq; omnia tribus anni temporibus: motu continuo perficientes orbem : uere æſtate ac hyeme. Hæc inuicem contraria annum conficiūt firma concordia. Quorum deorum natura plurimum conferat ad omnium animantium generationem : cum alter igneus ac ſpiritalis exiſtat. Deorum alterum igneum eſſe ſpiritalem: altera humida atq; frigida: aer utriq; communis. Ab eis itaq; generari atq; nutriri corpora omnia rerūq; naturā ſingularem a ſole & luna perfici. Partes: quas commemorauimus: quinq; eſſe: ſpiritum uidelicet ignem ſiccum humidum aera. Sicuti uero ī homine caput: manus pedes: aliæq; partes enumerātur: eodem modo & mundi corpus ex partibus his pficitur: quaꝝ quælibet exiſtimatur deus: proprio nomine ab ægyptiis a principio: ſecundum cuiuſq; naturam uocatus. Nam ſpiritū uerbi interprætatione appellarūt: ꝙ cauſa uitæ mortalibus exiſtat: tanq̄ cōmunem omnium patrē. Idem & græcum inſignē poetam de hoc deo ſentire uolunt: eum deoꝝ hominumq; patrem uocantem. Ignem uulcanum interprætantur magnum illum deum exiſtimātes & multum ad generationem pfectionemq; rerum conferre. Terram tanq̄ uas aliquod eorum: quæ fierent putantes: matrē appellarunt. A græcis ſimiliter terra mater mutato deinde paulū uerbo dimiter eſt dicta : ſicut & orpheus eſt teſtis: qui terrā omnium matrē dixit: diuitias largientem. Humiditatē oceanū priſci uocitarunt ueluti nutrientē nominis interprætationē matrē. Græcoꝝ nōnulli oceanū dicunt: de quo poeta īquit: ocea

nū generatorem deorum & matrem tethym. Aegyptii putant oceanum eſſe nilū a quo & deorum genus ducunt. Nā apud eos tantū plures eſſe urbes aſſerunt a priſcis diis cōditas: quēadmodū iouis: ſolis mercurii appollinis panis lucinæ: & aliorum pluriū deorum. Aerem uero nominatū palladē ac iouis filiā dici & uirginē fuiſſe: quoniā & non corrūpatur: & ſublimiorem locum teneat. Quapropter ex uertice iouis dicitur nata. Eandem dictam eſſe trigeminā ppter tria anni tēpora: uer æſtatē hyemem. Dicitur etiā Glaucopis: non ea cauſa qua græci quidam arbitrantur: q oculos habeat albos: quod ſtultū uidetur: ſed quia aer glauci ſit aſpectus. Ferūt autem hos quinq deos omnem peragrare terrā: apparētes hoībus in ſacrorum animaliū formis. quandoq autē in hominū aut aliorum ſpecies: quod minime fabuloſū uidetur. Si quidē iſti ſunt qui omnia generant & pducunt. Et homerus: qui ad ægyptios pfectus eſt: multaq ab eorum ſacerdotibus pcæpit: hæc tanq̄ uera in opere ſuo fuiſſe deſcribit. Deoſq ſæpius in alienis formis circuire urbes uitia & uirtutes hoīum inſpicientes. Hæc de cæleſtibus diis deq eorum genere æterno ægyptii tradunt. Ferunt īſu per alios ex iis genitos: qui fuerint mortales: ſapiētia uero & in humanū genus beneficiis: īmortalitate potitos. Horum quoſdā in ægypto regnaſſe partimq eo fuiſſe nomine: quo & dii cæleſtes: partī pprio uocitatos. Solem: ſaturnum: rheam: iouem quoq a nōnullis āmona appellatū. Iunonē præterea uulcanum: ueſtē ultimo mercurium. Primum quidē regē fuiſſe apud ægyptios ſolem eo nomine: quo & cæleſte aſtrum. Quidam ſacerdotes affirmant primum regnaſſe uulcanum inuentorē ignis: eoq beneficio ducem ab ægyptiis conſtitutum. Cum enim arbor ictu fulīnis in mōtibus conflagraſſet: ligna ppinqua hiberno tempore flāma ſunt compræhenſa. Qua ex re uulcanum calore lætatum deficiente igne addidiſſe illi nouam materiam: & eo modo continuato igne alios homines conuocaſſe ad eius aſpectum tāq̄ a ſe reperti. Deinceps ſaturnum: qui ſororē rheam cæperit uxorem: aiunt extitiſſe: genuiſſeq ſecūdum quoſdam. Oſiridem & iſidem: plures genuiſſe iouem ac iunonem tradunt: qui propter uirtutem uniuerſo orbi imperarint. Hos quīq genuiſſe deos: prout apud ægyptios dies habentur quinq intercalares oſiridem. Iſidē Typhona apollinem: & uenerem: & oſiridem interpetratum Dionyſium. Iſidem uero Cererem. Hac oſiris in uxorem ſumpta regnoq ſuſcepto multa contulit ad uſum uitæ cōmunis. Eius enī uirtute mutuæ cibi gratia cædes hoīum ceſſarunt: Inuento enī ab iſide primū tritico & ordeo: quæ prius incogni

ta hominibus caſu inter cæteras herbas oriebãtur. Ab oſiride uero coꝝ
fructũ cibi utilitate animaduerſa: omnes eo nutrimenti genere eſſe uſos:
tum ꝓpter cibi repti ſuauitatem: tum quia utile uidebatur ſæuitiæ crude
litatiſq; ꝓmiſcuæ cauſã abeſſe. Signa huius inuentæ ſegetis ferũt: quod
ab eis ueteri lege: & nunc quoq; obſeruatur: ut meſſores æſtate ſpicas ma
turas ad manipulũ excerpant in deæ oblationẽ: atq; iſidẽ inuocent. Ho
norem ei deo inuentæ frugis reddentes. Apud quoſdã uero urbes in iſi
dis pompa inter reliqua triticum & ordeũ ferri ĩ memoriã reptorẽ: leges
quoq; iſidẽ ſtatuiſſe ferunt: quibus iuſticia æque omnibus ſeruaretur: ui
atq; iniuria: timore poenæ: ſublatis. Hac de cauſa priſcos gæcos Iſidem
legiferam appellarunt: tanq̃ primam legum inuentricem. Fertur etiã Iſi
dis tempore condita eſſe urbs in thebaida ægypti centum portaꝝ a ma
tre denominata. Poſteri uero partim iouis ciuitatẽ: nõnulli thebas dixe
re. Eius enim conditorem urbis nõ ſolum reliqui ſcriptores: ſed etiã ægy
ptii ſacerdotes incertum habent: plures tradunt non oſiridis tẽpore: ſed
multos poſt annos a rege quodam thebas fuiſſe conditas. Verum de hoc
poſterius ſuo loco dicetur. Erexiſſe quoq; templum ioui & iunoni parẽ
tibus inſigne: cum magnitudine tum ornatu. Duo inſuper templa aurea
ſtatuit: unum maius ioui cæleſti: alteꝝ minus: ioui regi coꝝ patri: quem
quidam Ammonem uocant. Fecit etiã aliis diis: quos rettulimus aurea tẽ
pla: honoribus cuilibet & ſacerdotibus inſtitutis. Artium quoq; aut reꝝ
ad utilitatem uitæ ſpectãtium repertores ab oſiride & iſide ĩ honore ha
biti fuere. Inuenti inſuper æris auriq; in thebaida fabri armaq; facta: qui
bus & feras occiderent: & excollerentur terræ. Statuæ præterea: & deũ
tẽpla aurea ab iis cum omni conatu fabricata ſunt. Fuiſſe & oſiridem ſtu
dioſum agriculturæ tradunt. Nutritum autẽ in nyſa fælicis arabie ꝓpin
qua ægypto: cum eſſet iouis filius: unde & græci a patre & loco dionyſiũ
appellant. Huius urbis poeta: qui in ægypto fuit ĩ ſuis hymnis meminit
dicens eſſe nyſam urbem ſupra montẽ excelſum ac florentem lõge a phæ
nicia: ferme ægypto conterminum. Vineæ quoq; fuiſſe ĩuentorẽ in nyſa
tradunt: quam plantandi: ac uini conficiendi ſeruandiq;: ex alio transferẽ
di uſum edocuit. Mercurium quoq; maxime omniũ ab eo honoribus affe
ctum: & repertorem rerum plurimarum: quibus uitæ hominum conſule
retur: uolunt. Hunc enim primum & uerba in ordinem redigiſſe: & mul
tis indidiſſe rebus nomina. Fuiſſe quoq; litterarum inuentorem aiunt: in
ſtituiſſeq;: quo honore quibus ue ſacris colerẽtur dii. In primus obſerua

tor aſtroꝝ curſus fuit:& uocũ armonias adiuenit. Paleſtræ numeroꝝqꝫ
& ad corpora curanda medicinæ artis: lyræ inſuper ex neruis trium cor
darum inſtar trium anni tempoꝝ:reptorem tradunt.,Tres enim īſtituit
uoces:acutam grauem & mediam:acutam ab æſtate grauē ab hyeme me
diam a uere ſumemus. Hic & græcos docuit uerboꝝ interprætationem.
Vnde & ipſum hermen hoc eſt interpetrem appellarunt. Deniqꝫ & qui
tempore oſiridis fuere ſacrarum litteraꝝ ſcriptores . hæc eadē ab illo ac
cæpta referunt. Oſiridem etiā plurimum ſuo conſilio uſum. oleæ quoqꝫ
plantam ab eo non a minérua.quēadmodū græci dicūt reptam. Oſiridē
uero tanq̃ uirum bonum gloriæqꝫ cupidum ferunt in gentem exercitum
coegiſſe. ut peragraret orbem doceretqꝫ mortales plantare uites ac tritici
& ordei ſegetem. pecorumqꝫ fructum exiſtimans ſi homines ab agreſti
uita ad cultiorem mitioremqꝫ traduceret. honores ſe quod & conſequu
tus eſt. potituꝝ immortales. Non enim priſci illi tātum. ſed poſteri etiā
ꝓpter īuentas ab eo ſegetes beneficii memores ꝓ maximis diis habuere.
Tradunt autem oſiridem ægypti regno conſtituto reꝝqꝫ omnium cura
iſidi uxori ꝑmiſſa tradidiſſe ei mercurium: cuius conſilio: quoniam prudē
tia uideretur excellere inter amicos uteretur. Ducem uero exercitus omni
umqꝫ quæ ſuæ dictionis erant: reliquiſſe herculem: tum quia genere ꝓxi
mus: tum quia fortitudine roboreqꝫ corporis erat admirabili. Regni gu
bernationem itaqꝫ partitus eſt. Phænitiæ & maritimæ oræ buſiridem.
Ethiopiæ libyæqꝫ ꝓximis regionibus antæum præfecit. Ipſe cū omni
bus copiis ex ægypto in expeditionē profectus eſt: ſecum fratrē ducēs:
quem græci apollinem dicunt & lauri repertorem: obqꝫ id laurum ei dica
tam eſſe: hederam uero ab oſiride repertam: quam ei conſecrarunt: quem
admodum & dionyſio græci: lingua uero ægyptia hederam oſiridis plā
tam uocant. In ſacris autem hedera uitibus præfertur: quoniā heæ folia
amittant: illa uero ſeruet continuā uiriditatem. Quod & apud antiquio
res in cæteris arboribus: quæ ſemper uirent accidit. Nam & ueneri myr
tum: & apollini laurum dedicarunt. Oſiridem uero duo filii uirtute diſ
pares: anubis & macedon proſecuti ſunt. Vterqꝫ armis uſus eſt inſigni
bus aliquo animali haud ab eoꝝ naturæ diſſimili. Nam anubis canē: ma
cedon lupum inſigne armorum tulit. Qua ex re hæc animalia ægyptii
ſūmo in honore habent: & hoꝝ animantiū formis apud ægyptios colū
tur. Duxit īſup ſecū pana cui ab ægyptiis diuerſis modis præcipuus ho
nor habitus eſt. Nam eius regionis accolæ nō ſolū ſtatuas ſibi in tēplis

omnibus poſuere: ſed & ĩ thebaida ciuitatẽ ſui nominis ædificarũt chẽ min id eſt panis urbem uocitatã. Secuti quoq; ſunt eum in agris colẽdis expti: qui uineas plãtare noſſet Maron. Qui triticũ ſerere: triptolemus. Omnibus deinde compoſitis: oratis diis oſiridẽ comã quoad ĩ ægyptũ rediret: nutriſſe aiunt: ac uerſus ethiopiã pfectũ. Quæ conſuetudo uſq; ad hæc tempora oleuit apud ægyptios: ut peregrinantes quoad domum reuertuntur nutriant comas. Cum eſſet in ethiopia ferunt oblatos ei ſatyros comas umbilico tenus habẽtes. Dicitur oſiris fuiſſe cupidior riſus: delectariq; ſolitum muſicis & choreis. Qua propter illũ muſicorũ multitudo ſequebatur. Inter eos nouem fuiſſe uirgines adoleſcentulas: tum canere ſolitas: tum in aliis eruditas: quas deinceps græci appellarunt muſas. Has apollinem docuiſſe dicunt: qua ex re muſicuſ eſt nominatuſ. Satyros uero ad pſallendum cantandũ ac animi remiſſionẽ aptoſ ſecum in caſtris habebat. Non enĩ bellicoſuſ aut præliiſ piculiſq; dedituſ fuit: ſed ocio & hominũ ſaluti. Quo beneficio p deo omneſ eũ genteſ habebant. Ethiopibus agriculturam oſtendenſ: inſignibuſ in ea urbibuſ a ſe ædificatiſ & præfectoſ dedit & tributa inſtituit præſtari. Hoc tẽpore nilum ferũt circa ſyri caniſ exortũ: tunc enĩ maxime creſcere conſueuit: maiorẽ ægypti partem: & eã maxime: cui pmotheus ĩperabat: inundaſſe. Abſumptiſ enĩ ferme omnibuſ eiuſ regioniſ incoliſ prometheũ dolore motũ ſe interficere uoluiſſe. Fluuiũ uero pter curſuſ uelocitatẽ pfunditatemq; aquarum aquilã tunc appellatũ. Herculẽ: tum conſilii magnitudine: tũ uirtute uolunt eueſtigio cõpreſſiſſe aquarũ impetum: & ad priorem curſum conuertiſſe. Vnde: & græci quidam poetæ rem geſtã in fabulã uertentes: herculem tradunt aquilam promethei iecur depaſcentẽ occidiſſe. Fluuii nomẽ uetus: oceanus fuit: poſtq̃ eius compreſſus eſt decurſus: aquila deĩde a rege quodam ægyptus appellatus. Quod & poeta teſtatur: dicens fuiſſe ægypti flumine naues triremes: locũ: ubi nilus in mare defluit: theonim uocatum ferunt antiquũ ægypti emporium. Poſtmodũ a nileo rege nili quo nunc utuntur: nomen ſortitum. At uero oſiris: cum eſſet in mõtibus æthiopiæ: utraſq; ripas nili aggere cinxit: ne modum excederet inundatio: ſed ueluti per portas quaſdam exiens lenis eſſet: atque agris proficua. Deinde per arabiam iuxta rubrum mare iter faciens ad extremos indos peruenit. Vbi & plures conſtituit urbes: ex quibus unam nyſam nominauit: in eius memoriam: in qua eſt nutritus: ubi hederam plantauit: quæ ſola eo loci alitur: & in nyſa ægypti.

Multa quoqꝫ alia reliquit ſui apud indos monumenta. Ex quibus poſteri
deū illū eſſe opinati ſunt: aſſerētes eū genere indum eſſe. Exercuit quoqꝫ
elephantoꝝ uenationes. Columnas inſup multis ī locis ſtatuit ſuæ expe
ditionis teſtes. Peragrauit autē & cæteras aſiæ nationes: ac ꝑ helleſpon
tum in europā tranſiens lycurgum in thracia barbaroꝝ regē ſibi obſiſtē
tem: præmit. Illi ꝓuinciæ maronē iam ſenē præfecit: qui ædificauit ciui
tatem quā ab ſe maroneā nominauit. Macedonē filium: regē ſtatuit eius
ꝓuinciæ: quæ ab eo Macedonia dicta eſt. Triptolemum colendis atticis
agris præfecit. Deniqꝫ cum orbē ferme circuiſſet domeſticis fructibus ex
coluit hoīum uitam. Si qua regio uitibus inepta eſſet: docuit ex ordeo po
tum fieri haud multū uirtute guſtuqꝫ uini inferiorē: cum in ægyptum re
diſſet: tulit dona ſecum a diuerſis gētibus data. Qua ꝓpter magnitudi
ne benificioꝝ & donatus immortalitate: & honores eſt cæleſtium ſecu
tus. Deinde cum ad deos ex hominibus tranſiſſet: & honores illi & ſacra
ut maximo deoꝝ ab iſide & mercurio inſtituta ſunt: multaqꝫ in myſtica
ad cultum addita: quibus eius diei potentiā ampliorem redderent. Veꝝ
ex uetuſtis ſacerdotum arcanis: qui oſiridis tēpore fuerant poſtea coper
tum eſt: oſiridem ægypto iuſte regnantem a typhone frate impio atqꝫ
nefario interemptum. Quem ille in ſex ac uiginti partes diſſectum: cuili
bet eorum: qui ſecum tanti ſceleris participes fuerant: partem dedit. Ve
luti eius facinoris conſciis. Et ſimul ut ipſos defenſores cuſtodeſqꝫ habe
ret regni fidos. Iſis fratris eiuſdemqꝫ uiri mortem auxilio filii Oros ei no
men erat ulta: typhone & qui cædis conſcii fuerant interemptis: ægypti
regnum cæpit. Cōmiſſa ea eſt pugna iuxta fluuium ī parte arabiæ antæi
appellant uicum. Quod nomē ex antæi morte ab hercule occiſi oſiridis
tēpore ſortitus eſt locus. Oſiridis partes omnis diſꝑſas præter pudēda
cū inueniſſet: cupiēs incertū eſſe uiri ſepulchrū: ab ægyptiis aut ſingulis
honori haberi: ex aromatibus ac cera ſingulas eas partes in formā homi
nis uiro ſimilem compoſuit. Conuocatis deinceps ægypti ſacerdotibus
ſingulis dedit. Oſiridis imaginem: aſſerens ei ſoli corpus illius creditum
atqꝫ adiurans ut nunq̄ apud ſe eſſe ſupulturā oſiridis ulli panderent: utqꝫ
illud in abditis ſeruatum ut deum colerent: eiqꝫ animal ex ſuis quod mal
lent dicarent: quem & colerent ueluti oſiridem dum uiueret: & poſt obi
tum ſimili cerimonia obſeruarent. Vt autem maiori beneficio ſacerdotes
ad hæc ſibi promptiores faceret: tertiam eis agrorum partem ad deo
rum cultum & ſacra conceſſit. Hi tum meritorum oſiridis memores: tum

beneficio iſidis allecti: eius mandata pfecere: qua ex re etiã nunc ſacerdos quilibet teſtatur penes ſe oſiridẽ ſepultum eſſe. Animantia quoq; a principio ei dicata in honore habent: & cũ moriuntur in eorꝝ funere renouãt oſiridis luctũ. Tauros autẽ ſacros hunc quidẽ apim: Alterꝝ Memphim nominatos ſacrificant oſiridi. Quos etiã ueluti deos ægyptii oẽs colũt. Hoc enĩ aĩali: tritici inuentores multum adiutos ſe aſſerunt: & ad ſerẽdũ & ad cõmunem agrorꝝ culturã. iuraſſe autẽ iſis dicitur uiro mortuo nulli ſe amplius nupturã. Iuſto deinceps regnauit impio: beneficiis ĩ ſubditos reliquos omnis excedens. Poſt obitum uero immortalium honores cõſecuta eſt. Sepultaq; apud mẽphim in uulcaui loco. Vbi uſq; ad hoc tẽpus ſepulchrum eius monſtratur. Nõnulli horꝝ deorꝝ corpora nõ illic ſita arbitrantur: ſed in æthiopiæ ægyptiq; montibus iuxta inſulam: quæ nili portæ ab egro diis ſacro appellantur. Veſtigia huius oſtendunt: tum ſepulchrum oſiridi conſtructũ atq; a ſacerdotibus ægyptiis in honore habitum: tum urnas trecentas ſexaginta: quas quotidie lacte replẽt ſacerdotes ad id inſtituti: luctũq; renouant deos nomine uocantes. Hac de cã inſula a tranſeuntibus aditu ꝓhibetur. Apud thebaidis uero: quæ ciuitas antiquiſſima eſt oĩum: inculas maximũ habetur iuſiurandum ꝑ oſiridem ĩ nubibus exiſtentẽ. Omnibus oſiridis partibus: ut rettuli: præter pudẽdis: ſepultis: Ea quippe in fluuiũ antyphone: cum nullus ex cædis cõſciis illa penes ſe eſſe uellet erant ꝓiecta. Ab iſide poſtea non minori honore quã reliquæ partes: fuerunt ſepulchro cõdita · Eius imaginẽ coli: ſacraq; ei ac cerimonias pie: ut deo fieri docuit nomẽ eius dei præcipuum reddẽs atq; inſigne. Qua propter græci cum orgia ſacraq; dionyſia ex ægypto tranſtuliſſent: huic quoq; portioni honores impẽderunt eam in ſacris ac cerimoniis phalõ appellantes. Ab oſiride uero: atq; iſide uſq; ad alexandrum macedonem: qui in ægypto ſui nominis urbem condidit: annis dicũt amplius decem milibus: ut uero quidam aſſerunt paulominus tribus ac uiginti milibus extitiſſe. Qui deum hunc tradũt thebis boetiæ ex ſemele & ioue fuiſſe genitum aberrare uidentur. Orpheum enim cum ad ægyptios trãſiſſet ꝑcæpiſſetq; apud eos ſacra & myſteria dionyſia. eſſet autẽ amicus thebanis: a quibus plurimo in honore habebatur: rettuliſſe ad eos tradunt in ipſorꝝ gratiam huius rei originem. Plebem poſtea: tũ ignorantia. tum ut deus in græcia ortus uideretur: libẽter ea ſacra ac myſteria ſuſcepiſſe. Orpheum uero hanc generis & ſacrorum originem ea coniectura uolunt ad græciam tranſtuliſſe: ꝙ cadmus ex the

bis ægypti ortus præter cæteros filios & ſemelem ſuſcepit: eã a quopiã
corruptam poſt ſeptimum menſem peperiſſe infantem ferunt oſiridi ſi
milem: necp illum uixiſſe diutius ſiue diis improbantibus ſiue repugnan
te natura. Quod egre ferens cadmus reſponſo accepto: ut parentũ iu
ſta ſeruaret: infantẽ deaurauit: illicp ſacra inſtituit: ut eſſet argumentum
illum ab oſiride natum. Ad iouem inſuper genus rettulit: & ut oſiridis
factum cohoneſtaret: & corruptionis infamiam demeret. Id cauſam præ
buit græcis: ut crederent cadmi ſemelem ex ioue oſiridem peperiſſe. Or
pheum poſtea cui magna erat apud græcos gloria: tum propter cantus
ſuauitatem: tum propter ſacra: hoſpitio acceptum a thebanis ferunt: ma
gnocp in honore apud eos habitum. Hic cum ab egyptiis theologiam p
cæpiſſet antiquum oſiridis genus ad poſteriores tranſtulit. Incp theba
norum gratiam nouum conſtituit ſacrificiorum ritum: quod Fabulis cau
ſam præbuit ut iouis ac ſemeles filius dionyſius putaretur: homĩes uero
partim inſcitia partim orphei fama & opinione moti: cũ ut græcum libẽ
ter ſuſceperunt deum. Poſtea adhibitis poetarum: quas theatra compro
babant: fabulis certa eſt præbita huic generi fides. Dicunt preterea græ
cos ut ſuos ac domeſticos ſibi uendicare inſigniores heroas ac deos: Se
eorũ ĩſuper colonias aſſerere ab ſe miſſas. Nam hercules qui genere egy
ptius fuit: tum ſua uirtute pambulaſſet magnã orbis partem: in libya co
lumnã poſuit: cuius rei teſtimoniũ a græcis cape nituntur: cũ enĩ cõſtet
omnibus herculẽ adfuiſſe diis in bello: quod aduerſus gigãtes geſſere: fe
runt nequaq̃ gigãtes ex terra gigni ea potuiſſe ætate qua græci aſſerunt
herculẽ paulo ante bellũ troianũ extitiſſe. Sed potius: ut ipſi dicũt: ĩ pri
mo humani generis ortu. Ab hcc enĩ pluſq̃ decẽ milia ab egyptiis nume
rantur ãni. A troiæ uero tẽpore minuſq̃ mille ducenti. Eodẽ modo claua
& leonis pellis antiquo herculi conueniunt: quo tẽpore nondũ erãt arma
adinuenta: ſed fuſtibus hoĩes iniurias ꝓpulſabãt: ac feraꝝ pellibus tege
bant ꝑ armis corpora: & hunc quidẽ iouis filiũ: matrem ĩcertam ferunt.
Qui aũt ex alcmena genitus eſt plus annis mille poſt extitit. Et ipſe al
cæus ab ortu uocatus cui poſt herculis cognomẽ eſt ĩditũ. Nõ qꝫ ꝓpter
iunonẽ ſit gloriã adeptus: ſicut omitres ait: ſed quia uirtutẽ illius priſci
imitatus. Cõuenit q̃ ab his dicũtur apud græcos fama herculẽ orbis mõ
ſtra ꝑdomuiſſe. Quod illi herculi tribui nequit qui ferme coæuus tẽpo
ribus tenacis fuit. Iã maiori ex pte tũ cultura agroꝝ: tũ urbibus plurimis
tũ uero hominũ ubicp inhabitãtiũ multitudĩe domeſticis. Magis igitur

ea decent illum herculem:qui priſca ætate fuit : cum homines infeſtaren tur a b[illegible]iaꝝ multitudine in ægypto præſertim:cuius nunc quoq; regio nes deſertæ ſūt:& feris īmanibus plenæ.Huius ſimile ueri eſt: ueluti pa triæmiſertum herculem eiuſmodi feris occiſis eam reddidiſſe hominibus colendam:eoq; beneficio cæleſtium honore donatum.Ferunt inſup per ſeum ægyto natum:atq; iſidis genus a græcis ad argos referri fabulātes: Io in bouem fuiſſe mutatam.Sed uana eſt de hiis diis opinio . Nā quidā iſidem:alii cererem:quidam theſmophorā:alii lunam: nōnulli iunonem: alii alio nomine appellant.Oſiris uero tum ſerapis dicitur : tū dionyſius tum pluto:tū āmon:tum iupiter. Alii pana eundē uocant . Multi exiſti mant Serapin eſſe:quē græci plutonem putant:Aſſerunt aūt ægyptii iſi dem plurium inuentricē ad morbos medicamentoꝝ:& medicinæ arti ad modum contuliſſe:quam īmortalitate quoq; potitā gaudere hominū cul tu:inq; eoꝝ ualitudine præcipue uerſari.Quinetiam in ſomnis opitula tur palam eis:quos cenſuerit dignos.Tum oſtendens ſuum numen:tum erga beneficientiam egentes curandis.Signa hoꝝ eſſe dicunt nō græcas fabellas:ſed opera certa.Omnis enim ferme orbis hāc deam colit ꝓpter manifeſtas eius morboꝝ curas.Et enim in ſomnis illam dicunt non recte ualentiū auxilia morbis præbere.Et qui eius monitis obtēperēt præter opinionem curari:etiā quoꝝ medici ſalutē deſperarint . Viſu quoq; aut alia quapiā corporis parte debiles eius deæ numen īplorantes in priſtinā ualitudinem reſtituuntur.Ab ea quoq; medelā ad aſſequendā īmortalita tem aiunt eſſe inuentam:Itaq; orum filium a titanis inſidiis interfectū:ac per aquā repertū non ſolum in lucē reſtituit:ſed & fecit īmortalē . Vide tur autē ultimus eſſe deoꝝ regnaſſe:poſtq̄ pater oſiris fuit ad deos tranſ latus.Orum ducūt apollinem interprætari:ac medendi diuinandiq; artē a matre iſide edoctū:multū hominibus tum oraculis tum medelis attuliſ ſe utilitatis.ægypti ſacerdotes a ſolis regno uſq; ad alexendri tēpus:quo in aſiā tranſcendit.annos cōputant fere milia & uiginti.Fabulātur quoq; priſcos illos deos regnaſſe annis amplius mille & ducētis. Poſteriores ue ro non minus trecētis:& cum annoꝝ numerus fide carere uideatur:conā tur quidā:cum apud antiquiores nondū ſolis motus notus eſſet:ad lunæ curſum ānum metiri:Ita cū annus trigīta dierū conficeretur:haud īpoſſi bile fuit quoſdā annos mille ducentos uixiſſe.Si quidem nunc cū duode cim conficiatur menſibus plures centeſimū excedūt annū.Similiter & de hiis accidit:quos aiunt trecentos regnaſſe annos . Illi enī tunc menſibus

annum conficiebant ſecundū tria eius tēpora æſtatē uidelicet uer ac hye
mem: quæ cauſa fuit ut quidā græci ānos: icut partē: eius uocarēt horas
ānuas uero ſcripturas aduerſaria. Scribūt ſi ſup ægyptii iſidis ætate ua
ſto fuiſſe corpore hoīes: quos gigātes græci dixere ſacerdotes ægyptii
mōſtra q̄dā: ab oſiride poſtmodū deuictos. Sūt qui hos exiſtimēt e terra
gentos recenti adhuc prīa aīantiū generatione. Alii robore corporis cæ
teris ualidiores cum multa præclara edidiſſent opera gigantū nomē caſu
ſortitos affirmant. Multi exiſtimant cū ioui oſiridiqꝫ diis bellum intuliſ
ſent omnes perēptos fuiſſe: lege quoqꝫ ægyptii præter cōmunem cæte
rorum omnium morē ſanxere fas eſſe ſororē a fratre uxorē capi. Exemplo
iſidis moti: quæ fratri oſiridi nupſiſſet: eoqꝫ mortuo & iuraſſet illa ampli
us nō nubere: & uiri mortē ulta iuſto īperio regnaſſet: plurimū etiā de ge
nere hominū ſuis ī eos beneficiis merita. His de cauſa plus honoris at di
gnitatis reginæ q̄ regi īpenditur. In priuatis quoqꝫ mulier uiro domina
ri dicitur profitētibus in dotis cōfectione uiris omnibus eſſe uxoris arbi
trio parēdum. Haud uero inſcius ſum a nōnullis ſcriptoribus tradi hoꝝ
deoꝝ ſepulcra ī nyſa arabiæ ſita: a qua nyſeum dionyſiū appellēt. eſſe au
tem utriqꝫ dicatā colūnam ſacris ſcuptam litteris tradunt: inqꝫ iſidis hæc
ſcripta eſſe· Ego iſis ſum ægypti regina a mercurio erudita: quæ ego legi
bus ſtatui: nullus ſoluet. Ego ſum oſiridis. Ego ſum prima frugū inueni
trix. Ego ſum ori regis mater. Ego ſum in aſtro canis refulgens. Mihi bu
baſtia urbs cōdita eſt. Gaude gaude ægypte: quæ me nutriſti. In colum
na oſiridis hæc ſcripta dicūtur. Mihi pater ſaturnus deoꝝ omnium iuni
or. Sum uero oſiris rex qui uniuerſum peragraui orbem uſqꝫ ad deſertos
indoꝝ fines. Ad eos quoqꝫ ꝓfectus ſum: qui arcto ſubiacēt uſqꝫ ad hiſtri
fōtes. Et iterum alias quoqꝫ orbis adii: uſqꝫ ad mare oceanum partes. Sū
ſaturni filius antiquior: germē ex pulchro & generoſo ortū: cui nō ſemē
genus fuit: neqꝫ ullus eſt ī orbe ad quem nō acceſſeri: locus docēs omnes
ea: quorum īuentor fui. Hæc tātum in columnis legi poſſe affirmāt: alia
quæ plurima ſūt: tempore eſſe corrupta. & de hiis ſane quæ ī ſepulchris
extāt cōſentiunt fere omnes. Nam quæ ſacerdotes cōdita in archanis ha
bent: nolunt ut ueritas ignota ſit ad multos manare: poena iis adiecta:
qui ea in uulgus proderent. Tradunt inſuper plures ægyptii ab eis colo
nias ꝑ uniuerſū orbē deductas. Nā in babiloniā colonos traduxiſſe belū
neptūni uoluntqꝫ libyæqꝫ filium: qui ſedem urbi pone euphratē cum ele
giſſet: ſacerdotes hos caldeos babylonii uocant: more ægyptiorum iſtar

obſeruarent. Phiſicis etiam aſtrologiæq̃ dediti eſſent: inſtituit. Ferunt etiam danaum ex ægypto ꝓfectum antiquiſſima fere urbium græciæ argos cōdidiſſe. Cocleoꝶ quoq̃ gentem: qui in ponto ſunt: iudeos inſuper qui arabiā inter ſyriāq̃ conſedere ab ipſis teſtantur tranſmigraſſe. Quapter & apud has nationes antiquo more circunciduntur pueri: ab ægypto ea cōſuetudine traducta. Quinetiam athenienſes colonos ſaitarum ægyptiæ gentis eſſe: eo afferre argumento nituntur q̃ apud græcos tantum urbs aſtyuocatur ab ægyptioꝶ more olim tripartitā fuiſſe aſſeuerāt. Nam primus gradus erat nobilium: qui præ cæteris doctrinæ dediti maiore honore digni habebātur: in ea re ſacerdotibus ægyptiis ꝑſimiles. Secundus eoꝶ: quibus agri erant aſſignati ut armis intēti eſſent pro patriæ defenſione: illis pares qui in ægypto agros tenentes milites ad bellū ſubminiſtrabant. Tertius plebis erat atq̃ opificum: qui artibus mercenariis intēti neceſſarias opas præberent. Ordo ab ægyptiis ſumptus. Fuerunt & ægyptii quidam atheniēſium duces. Dipetes enim ī neſtei: qui ad troiam militauit: pater cum eſſet ægyptius poſtmodū athenienſium ciuis & rex factus eſt. Eum duplicis naturæ extitiſſe aiunt: quoniam duplicis politiæ græce ſcilicet & barbaræ: quarū altera partem feræ habet: hominis altera particeps fuerit. Similiter & erichtheum tradunt ægyptium genere athenienſibus impaſſe. Cuius rei hæc aſſerunt argumenta. Cum maxima ſiccitas omnem fere orbem præter ægyptum peruaſiſſet: ex qua īgēs frugum hominumq̃ pnities ſecuta eſt: attuliſſe ex ægypto dicunt erichtheum ꝓpter cognationem atheniēſibus frumētum: obq̃ id beneficium eis regem cōſtitutū: qui ſumpto regno docuit eos cerimonia ac myſteria Cereris eleuſinæ ab ægyptiis tranſlata. Eā quoq̃ deam hiſ temporibus coæuam athenas frumenta cōportaſſe dicūt: & ſerere denuo triticum docuiſſe. Aſſentiuntur atheniēſes regnāte erichtheo: cum omnes terræ fructus ſiccitas abſumpſiſſet cererem præſentem frumēto eos iuuiſſe. Sacra īſup & myſteria eius deæ tunc in eleuſina ſuſcepta. Quæ eadem & penes ægyptios celebrantur. Nam & Eumelpides ab ægyptiis ſacerdotibus traducti ſunt: & a paſtophoris ꝑcones ſolos ex græcis athenienſes ꝑ iſidem iurare ac forma moribuſq̃ ægyptiis ſimiles: pluraq̃ alia hiis ſimilia magis ambitioſe q̄uere afferūtur. Sed de hac colonia ābigitur ꝓpter gloriā ciuitatis. Veꝶ plures colonias affirmant ægyptii a ſuis maioribus ad uaria orbis loca: tū ꝓpter āplitudinem regū: tū ꝓpter hoīum multitudinem traductas: de quibus cū neq̃ certis ueſtigiis ſcriptoꝶ teſtimonio

conſtet indignas exiſtimauimus quæ litteris mādarentur. Sed hactenus
de his: quæ theologi ægypti tradunt. Nunc de ſitu eius deqꝫ nilo ac cæ
teris memoratu dicēdū dignis. Aegyptus ferme ad meridiē ſita: tū quia
ipā natura munita eſt: tum regionis amenitate cæteris uidetur regnis ex
cellere. Ab occidente deſertum tutatur: & ſilueſtris libyæ pars in longū
ꝓtenſa non ſolum aquaꝝ inopia: ſterelitate reꝝ difficili aditu: ſed admo
dum ꝑiculoſo. A meridie tū nili cataractis angitur: tum mōtibus ei conti
guis. A trogloditis extremiſqꝫ æthiopiæ finibus: ſtadiis quinqꝫ milibus
& quīgētis: neqꝫ facile nauibus fluuius eſt paruius: neqꝫ adii itinere terre
ſtri pōt: niſi aut a regibus aut a magno quodā p̄parato ad uictum cōmea
tu. Ab oriente uero tum fluuio munita eſt: tum deſerto latiſſimi cāpi ba
ratra appellati. Eſt ſyriam inter ægyptūqꝫ palus admodum ꝓfūda: quā
ſeruoniā dicunt latitudine omnino anguſta: lōgitudo ſupra ducenta ſta
dia ꝓtenditur: loci inſciis ꝑicula inſperata afferuntur. In arcto enim con
tractam: arenæ cumuli circūſtant: qui notis uentis agitati in aquā deferū
tur: adeo arena denſa ut īmixta aquæ cōtinens uideatur: neqꝫ facile: terra
ſit an aqua deſcerni queat. Quo fit ut plures ignota loci natura neqꝫ uiā
edocti uadum tenētes cū omni exercitu abſorpti ſint. Nam arenam: quæ
eminens ſtare ut cōtinens uidetur ingreſſi labuntur lōgius: neqꝫ deinde
raptis gurgite: regrediendi aut emergendi facultas datur. Limo enim de
merſi nullam ſperant ſalutē: cum eniti aut uti uiribus nequeāt: ſed abſor
beātur in ꝓfundum ab arena aqua circūfuſa: cum ueluti limus neqꝫ uado
neqꝫ nauibus ſit ꝑuius: quæ res baratri cognomē dedit. Et hæc de tribus
quibus ægyptus munitur partibus: dicta a quarto latere mare clauditur
īportuoſo: & quod difficilem p̄beat adeuntibus acceſſum. Nam a pareto
nio liby ioppem uſqꝫ: quæ eſt in ſyriæ ſinu: ſtadiis uero quinqꝫ milibus
nullus nauigātibus excepto pharo tutus eſt portus: loca ſunt p̄terea per
uniuerſū littus ſtagnātia atqꝫ ignota nautis: quo accidit ut maris ſe fuge
re ꝑicula exiſtimantes tanq̄ in tutum ad littus directis nauibus de īproui
ſo in ſtagnis hereant omni euadendi ſpe ſublata. Quidam cū ꝓuidere cō
tinentem nequeāt. regio enim omnis plana ac depreſſa eſt: hi quidem ad
ſtagna ac paluſtria loca: hi ad deſerta deferūtur. Aegyptus igitur his lo
cis redditur tuta. Forma eius ob lōga: nam maritima ora duo milia cō
plectitur ſtadia. Mediterranea uero: ſtadia circiter milia ſexagīta: olim
nemero hominū omnes fere orbis gentes ſuꝑauit: neque nunc quoque
aliis nationibus multitudine cedens: opida inſigna ciuitateſque priſcis

temporibus ultra decem & octo milia fuiſſe in ægypto libri ſacri cōtinēt
ptolemæi lagi tēpore amplius tria milia: quæ & uſq; ad noſtrā ætatē per
durāt: anumerata ſunt: Vniuerſi populi numeꝝ fuiſſe antiquitus ſepties
decies cētena miliū: nūc haud pauciores eſſe ter decies cētenis milibus tra
dūt. Hæc extitit cā cur tradātur priores ægypti reges magnis mirādiſq;
opibus ab ſe multitudine hoīum conſtructis: īmortalia gloriæ eoꝝ monu
menta reliquiſſe. Sed de his poſterius ſcribetur diligentius. Nunc nili na
turā regionumq; quas interfluit ſitum & ꝓprietatē ꝓſequamur. Nilus a
meridie ad ſeptētrionem fertur: ortus ex fontibus in extremis æthiopiæ
finibus ad quæ loca. deſerta enim ſunt: ꝓpter æſtus intempiē nullus adi
tus fuit. Maximum omniū flumē cū per uarias pluresq; feratur regiones:
magnos flexus facit: quandoq; ad orientē & arabiam quandoq; ad occidē
tem & libyā fluens. Eius decurſus ab æthiopiæ montibus uſq; ad mare
ſtadia duodecim ferme milia cum eius flexibus cōplectitur. Facit autē in
ſulas in æthiopia tum plures alias tum maxime unam inſignem nomine
meroen. Vbi duoꝝ & uiginti ſtadiorū latitudinem habet. Abn iferiori
bus uero locis arctior eſt: curſu eius ī duas partes diuiſo. harum unā: quæ
in libyam defluit: uaſtæ profundæ abſorbēt arenæ. Quæ cōtra in arabi
am fertur: in paludes ac ſtagna ingentia: quæ circum uariæ inhabitāt gē
tes flectitur ægyptum ingreſſus tum decem ſtadioꝝ. tum paucioꝝ lati
tudine non recto curſu uarios flexus agit. & nunc orientē nunc occidentē
uerſus q̄ndoq; in meridiē contrario delatus curſu. Sunt montes ab utraq;
fluui parte ꝓtenſi conuallibus & anguſtis præcipitiis interiectis. īque
magno impetu lapſus rurſus tanq̄ ui repulſus p campos fūditur ad meri
diem ſpectans uſq; ad locum efficanum nomine. & naturalem deīceps re
petit curſum. Tam īſignis fluuius ſolus omniū abſque fluctibus quietus
eſt & tranquillus: præterq̄ cū fertur inter cataractas. locus eſt latitudi
ne ſtadioꝝ decem. accliuis præceps in anguſtū clauſus inter conualles
ubi frequentia ſaxa ſcopulis ſimilia aquā magna uertigine mirabilique
alliſā reflectūt. inque contrariū curſū ſpumis agūt redūdantibus. Quæ
res ſtuporem aſpicientibus præbet. Eſt enim ita uelox hoc ī loco aquæ
decurſus ut ſagittæ ſimilis uideatur. Cū augetur aquaꝝ incremento ni
lus: ideoque leniore curſu aqua ſupereminēte ſcopulis quidam per cata
ractas nauibus uenti contrarii diſcedūt. Aſcendendi nulla eſt facultas:
ui fluminis omne hominū ingenium ſuperante. Cataracte plures ſunt.
ſed maxima in æthiopia atque ægypti finibus ſita. cōplectitur flunius

inſulas plurimas:ſed præcipuā meroen in qua eſt urbs inſignis īſulæ no mine:quā cambiſes condidit a matre eius denominatā. Huius inſulæ for ma ſcuti perſimilis magnitudine ſupat cæteras nili inſulas. Patet enī lon gitudine ſtadiis tribus milibus latitudine mille:ciuitates ī ea ſunt plures ſed cæteris nobilior meroe:ab cuius uno latere libyam uerſus plurimi are næ cumuli cum ab altero ad arabiā poſitæ præcipitia montis inſulam cin gūt. Effodiūtur in ea aurꝝ argētū es ferrū:hebenū īſup fert lapidūq; mul tiplex genus. Tot autē nilus inſulas continet:ut ferme ſit īcredibile. Nā præter eum locū quem a forma loci appellant delta:ferunt alias quoq; in eo inſulas circiter ſeptingentas. harꝝ quaſdā ab æthiopibus īcoli miliūq; in eis ſeri. Quaſdā ſerpētibus ac cynocephalis uariiſq; feris ſilueſtribus infeſtas. Ac ꝓpterea acceſſu difficiles. Nilus in ægypto in plures ſciſſus partes eam formā:quā delta dicunt effecit. Profundiorē fluuium reddit maris ingreſſus ſeptē oſtiis ī pelagus delatū. horꝝ primum ad orientem uergit quod peluſiacū uocant:ſecundū paniticū. Deinde mendeſium uo cant phæniticū:ſebēniticum bolbitimū:ultimum canopicum:a nōnullis herculē nominatum. Sunt & alia oſtia manufacta minime prætereunda. In eorꝝ quolibet urbs ſita eſt diuiſa flumine pontibus ab utraq; parte exi tus & cuſtodiis munita. Ab oſtio peluſiaco foſſa eſt opere ſumptuoſo ad arabicum ſinū ac rubrū mare ducta. Hanc primū a nechao ſāmatichi filio agi captā. Darius pſarum rex pficere aggreſſus īperfectā reliquit:admoni tus a quibuſdā ſi locus interiacens effoderetur fore uti ægyptus omnis: cum mari rubro eſſet depreſſior:ab aquis mergeretur. Secundus poſtmo dum ptolemæus illā pfecit oportuniori loco foſſam ſūma arte efficiens. Hanc cum nauigare cuperet aperiebat:eam rurſus cū uſus eſſet claudens. flumen quod in foſſam defluit:a nomine auctoris ptolemæum uocāt. In exitu ciuitas condita eſt arſinoe appellata. Ea quā deltam diximus: ſimi lis ſiciliæ formæ:ab utroq; latere continet ſtadia ſeptingenta & quīqua ginta. Quæ uero eſt mari ꝓpinqua ſtadia mille trecenta. Ipſa inſula plu ribus foſſis manufactis diuiſa. Agros habet fertiliſſimos ægypti:circun data enī flumine atq; irrigua:tum fluuii incremento magnā uim limi effū dētis:tum cura incolarꝝ terram omnem:quadam machina ab archimede ſiracuſie adinuenta:quam a figura codeam dixere:irrigantium:multiplici fructu cupioſa eſt. Nilus etiā leniter fluens cum multā uariāq; terram ſe cū ferat quibuſdā in locis humilibus paulū ſtagnans regionē fructiferam fertilemq; effecit. Radices in ea multifariam naſcuntur guſtu uariæ: fru

ctuum & olerum natura: quæ multum tum egenis cōferunt: tum infirmis ad ualitudinem: non ſolum uero cibos uarios affatim præbet ad ſaturitatem egentibus. ſed aliis quoq; neceſſariis ad uitam rebus non parū cōfert adiumenti: lotum præterea fert plurimum: ex quo panē conficiunt ad uictus egeſtatē cibo℞ inſuper abundantius fert quod appellant ægyptiā fabam. Sunt & arbo℞ plura uariaq; genera quarum quædam perleæ dicuntur: cibus dulcedine præſtans a perſis ex æthiopia allatus: quo tēpore cābiſes ea loca ſubegit. Sycomo℞ uero aliæ: aliæ mora ferunt: aliæ fructum ficubus ſimilem: quem cum toto ferme: anno præbeant nō parui adiumenti uulgo exuriētibus præſtant. Vata: quæ inixaria dicunt: circa nili oſtia naſcuntur: quæ quoniā ſuauia ſunt guſtu tragēmatis præbentur loco: cōficiunt quoq; ex ordeo poculi genus citon nomine haud multo inferius ſapore uini. V tuntur etiā ꝓ oleo ad lucerna℞ uſum liquore expreſſo ex planta: quā cican uocāt. Plura inſuper fert alia ægyptus uictui hoīum utilia: quæ ſingulatim ꝓſequi longum eſſet. Beſtias nilus q̃plures nutrit forma diſſimili ac natura: ſed duo præcipua: quæ admodū inter ſe differunt. Crocodilum & equum: ho℞ crocodilus ex minimo in īmenſum animal euadit. Nam cum oua eius anſerinis ſimilia exiſtant: ex hiis genitus pullus ad ſexdecim cubitorum magnitudinē excreſcit: longitudine uitæ: hominis ferme eſt lingua caret corpus mirabile natura munitum. Nam dorſum eius uniuerſum ſquamoſum eſt: duritie præcipua: ex utroq; oris latere dentes habet pplures: in quis duo maxime eminent. Non ſolū homines comedit: ſed & cætera terreſtria animantia flumini appropinquātia unguibus grauiter diſcerpit. Morſu eſt aſpero tetroq;: ut quod dentibus laceret nunq̃ ſanetur. Capiebatur priſcis tēporibus hamis recenti carne appoſita nunc quandoq; rete ualido: prout & quidam piſces: quandoq; inſtrumento ferreo ex cymba ad caput iniecto: eorum īgens eſt multitudo in flumine & ſtagnis propinquius: tum quia fæcunditate excedit. Singulis enim parit annis: tum quia per raro capiatur. Nam & a quibuſdam accolarum ut deus ueneratur: & externis eſt inutilis labor ob carnes eſui malas. At illo℞ fæcūditati natura ſalubri remedio obſtitit. Animal caniculo pſimile ſchueumon. nam iuxta flumen belua parit: oua inquirēs conterit. Quodq; dictu mirabile eſt: nec oua comedēs: neq; illa ſua utilitate: ſed natura duce ad neceſſariam quandā mortalium cōmoditatem. Equi uero. quē uocant. magnitudo haud minor cubitis quīq;. quattuor pedibus ungula more bouis fixa. Dētes ex utroq; latere tres habet. ultra

reliquas feras eminentiores aures caudam uocem equis ſimilē. Reliquum corpus haud diſſimile elephāto: pellis eſt ultra cæteras beluas duriſſima. Aquatilis ac terreſtris beſtia die quidē in imis aquis latet: noctu in terrā egreſſus: tum frumenta depaſcitur: foenum deſtruens paſſim ꝓpinquas agroꝝ meſſes. Fæcundiſſimū ꝓle animal ut quod ſingulis ānis parturiat capitur arte quadam hoīum illos telis appetentiū. Cum enim apparent. circunſtant undiqꝫ hoīes: uulnerantqꝫ teloꝝ quæ alligant funibus: iactu: laxantqꝫ quoad exanguis factus capiatur. Carnibus eſt duriſſimis & ad digerendum difficillimis. Interiora ſingula inutilia ad ueſcendū. Præter has beluas uariū ac multiplex piſcium genus: Nilus affatim præbet uſui nō ſolum eius regionis incolis: ſed externis quoqꝫ: ad quos ſalliti deferun tur: utilitate cōmodiſqꝫ cæteros orbis fluuios excellit. Incremētū eius ab ſolſtitio incipiens æſtiuo uſqꝫ ad æquinoctiū ſempqꝫ nouum limum ſecū quærens. Rigat tum cultas regiones tum īcultas quāto tēpore uelit agri colæ. Aqua enim leniter fluente facile eam paruis aggeribus arcent indu cuntqꝫ ꝓ cōmodo terræ: tantā uero fertilitatem infert: & agri colendi fa cilitatem: ut cum ſeuerint aut oues introducāt in campos ad conculcanda iacta ſemina: aut aratro leui terrā ſubducant: neqꝫ niſi quattuor aut quīqꝫ exactis menſibus: ad meſſem redeuntes: breui tempore uberimos fructus abſqꝫ ulla īpenſa aut damno reportent. Alibi agricultura magno labore exercetur ac ſumptu. Soli ægyptii minima īpenſa labore tenui fruges fer tiles auferunt. Vineæ quoqꝫ eodem rigatæ modo uino abundant. Terra inculta pecori ad paſtum relicta adeo exuberat herbis: ut oues bis in āno pariant: biſqꝫ præbeant lanam. Incrementum nili aſpicientibus uidetur admirabile: incredibile audientibus. Solus enī inter reliqua flumina adeo ætate creſcit: cum decreſcant cætera: ut totā inundet ægyptū: hyeme mi nuitur cum reliqua augeantur. Eſt ægyptus plana & campeſtris cūqꝫ ur bes: uici agricolarum mapalia aggeribus munita aquæ inundationem de uitent tanꝗ cyclades apparent aſpicientibus. Terreſtres beluæ omneſqꝫ in campis remanent ſuffocantur aqua: quæ euadunt ad altiora confugiūt loca. Pecora inundationis tempore in ſtabulis recluſa nutriūtur a colonis ad id antæa præparato paſto: uulgus remiſſis operibus ruſticis: ocioſum epulis indulget ac uoluptati. Quoniā plurima cura moleſtiaqꝫ urgebat accolas nili inundatio: excogitata eſt in memphi quædā incrementi men ſurandi a regibus obſeruatio. Itaqꝫ quibus id negocii demandatū erat ꝑ epiſtulas urbibus uiciſqꝫ ſignificabāt quot cubitis quot ue digitis fluuius

auctus eſſet: & ſimul quo tẽpore cæpiſſet decreſcere: quo modo uacuus reddebatur ea ſollicitudine populus: incrementi magnitudine decremẽtoq́ notis. Vbertatem futuram e ueſtigio ab ĩundationis modo notatis prioribus temporibus noſcebant. Oculta inundationis huiuſmodi cauſa multos dubitare: tum philoſophos: tum hiſtoricos: ac uaria ſentire cõpulit. De qua re paucis diſſeremus: ut neque modum excedat hiſtoria: neq́ ab omnibus adeo quæſita agitata quæ res relinquatur intacta. De nili incremento: de eius fontibus: de oſtiis: quibus deſcendit in mare: deq́ rebus aliis: quibus maximus omnium: quæ in orbe ſunt a cæteris differat. Quidam ſcriptorum nihil auſi ſunt tradere licet quandoque etiam de paruis torrentibus conſcripſiſſent. Alii cauſas reddere conati: procul a uero ſenſerunt. Nam qui ellanici cadmiq́ & ecatai ætate fuerunt: omneſq́ priſci illi ſcriptores ad fabulas declinarunt: herodotus qui multarum conſcripſit hiſtoriam rerum: cauſam reddere uolens: ſibi ipſi repugnat: xenophon tuchydides quorum hiſtoriæ ueritas comprobatur ægypti loca minime attingerunt. Eos autem: qui circa ephorum ac theopompum extitere: præ cæteris hæc ſcrutatos deſeruit ueritas. Aberrarunt uero omnes non negligentia: ſed regionum ſitus ignorantia. Nam priſcis uſque ptolemæum philadelphum temporibus: nulli græcorum nedum in æthiopiam: ſed ne ægypti quidem montes Ita difficiles aditus periculoſiq́ admodum ad æthiopiam erant traſcenderunt. Ptolemæus primus omnium cum græcorum exercitu æthiopiam ingreſſus diligenter de ſitu earum partium ſcrutatus eſt. Itaq́ locorum inſcitia errandi materiem priſcis ſcriptoribus præbuit. Nili fontes locaq́: ex quibus fluit: nullus ad hoc tempus ſcriptor neque uidiſſe ſe dicit: neq́ audiſſe ab aliis: qui ſe aſſererẽt aſpexiſſe: ex quo res ad opiniones & coniecturas peruenit. Aegyptii ſacerdotes ab oceano qui orbem circuit: nilũ habere principium ferunt: nil afferentes certi: ſecundum certa incertioribus ſoluentes. Rationes uero reddunt in eodem fidẽ q̃ plurima indigeant fide. Troglodytæ: qui propter æſtum loca incolũt eminentiora: uolgios uulgus appellat aiunt loca aquoſa eſſe e quibus cõiiciunt propter plurimos eius regionis fontes in unum confluentes nilum effici. Meroen uero inſulam habitantibus: quorum opinio: cũ ſint eis locis propinquiores: ueriſimilior deberet uideri: adeo nili ortus eſt incertus: ut ipſum aſtopon ideſt ortam ex tenebris aquam uocent. Ita nilum ab locorum inſcitia cognominarunt. Nobis autem propius uero

eſſe uidetur: quoad procul ab omni figmento eſt alienū. Haud uero ignoramus herodotum: qui libyam: quæ ad orientem quæ ue ad occidentē uergit interfluere nilum ſcribit arbitrari eos: quos naſamoſos dicunt: diligentius nili ortum ſcrutantes: ideoq; tradere: ex ſtagno quodam oriri perq; æthiopiam ferri. Verum neq; id libyis: quamuis uerum ſequi uideantur: neq; ſcriptori incerta afferenti fides eſt adhibenda. Sed quoniam iam ſatis de fontibus curſuq; nili ſcripſimus: deinceps cauſas incrementi diſcutiemus. Thales: qui ſapiens inter ſeptem eſt annumeratus tradit ſpirantibus ethesiis nili curſum a mare reprimi: eoq; aquis excreſcentibus ægypti: quæ plena eſt & humilis regio: inundationem ſequi. Quæ ratio quamuis non nihil uideatur afferre tamen facile argui: ut falſa: poteſt. Nam ſi id uerum eſſet fluuii omnes flantibus ethesiis ſimili augerentur incremento. Quod quia minime accidit in reliquis orbis partibus alia cauſa uerior quærenda eſt. Anaxagoras phyſicus incrementi cauſam dixit eſſe niuem in æthiopia liquefactam. Quod & eius diſcipulus euripides uidetur ſentire ſcribēs nilum excreſcere: cum ægypti liqueſcant niues: quæ ratio facillime poteſt refelli: cum palam ſit omnibus: propter caloris intemperiem aut in æthiopia niuem non eſſe aut in eis locis præſertim circa nili decurſum gelu aut omnino hyemem uigere. Quod ſi quis in æthiopiam eſſe niuium copiam concedat tamē conuingitur falſam eam cauſam uideri. Nam flumen omne niuibus excreſcens auram frigidam aeremq; craſſum reddit. At ſolus omnium nilus neque nebulas neque auram frigidam gignit. Herodotus nilum ait ipſa natura eſſe talem: qualis ſit incrementi tempore. Hyeme uero ſolem ad libyam delatum attrahere ad ſe humorem: ob eamq; rem præter naturam eo tempore flumen decreſcere: æſtate uero abſcedente uerſus arctum ſole: cum græciæ: tum ſimilium locorum fluuios areſcere minuiq;. Non eſſe igitur quo de nilo fertur admirandum: ſi æſtiuo creſcit tempore diminuitur hyeme. Verum ſi hoc nilo accidat ut ſolis æſtu hyeme humiditas attrahatur: & in reliquis quoq; libyæ fluuiis id cōtingere neceſſe eſſet: ut hyeme arefacto humore diminuantur. Quod cum procul a uero ſit: certe ſcriptoris error palam deprenditur. Et enim græciæ: non quia ſol longius abſit: augentur hyeme flumina: ſed propter pluuias frequentes. Democritus abderites non meridionali niue aquarum augumentum fieri dicit: ſicut euripides anaxagoraſq; ſenſere: ſed ſeptētrionali. Niuium enim

coaceruatā magnitudinem in boreæ regionibus ait brumæ cōgelatam tē
pore: æſtate liqueſcere. Ideoq̄ eleuatis ſurſū uaporibus multas denſaſq̄
nebulas circa montana tolli cacumina: quæ ab etheſiis ad altiſſimos: qua
les in æthiopia ſunt: montes delate: deinde in pluuiā uerſæ magnos effi
ciant ĩbres: quibus etheſiarꝫ tēpore nilus augeatur. Hæc opinio facile reii
ci poteſt: ſi quo tēpore flant æthesiæ ꝑpendas: Incipit enī creſcere nilus
ſolſtitio æſtiuo nōdum flantibus etheſiis. Ceſſat aūt equinoctio autūna
li: iam olim his uentis quieſcentibus. Quando igitur ratio opinionē ſu
perat: laudandū eſt ingenium ſcribentis: ſed haud quaq̄ adhibēda fides.
Prætereo quod palam eſt non magis ab arcto flare etheſias: q̄ ab heſpe
ro. Non enī boreas aut ſeptentrionales uenti: ſed qui ab æſtiuo occidēte
flant: etheſiæ uocātur. Dicere aūt hoc maxime circa æthiopiæ mōtes cō
tingere: non ſolum ĩprobandum eſt: ſed etiam nō credendum. Ephorus
recentiorem cauſā ꝑſuadere conatur: plurimum tamē a ueritate remotā.
Ait enim ægypti terram omnem nili inundatione exaggeratam raram
aridamq̄ natura eſſe. In qua terræ hiatus maximis diuerſiſq̄ in locis exi
ſtant. Ideoq̄ hyeme humiditatē omnem attrahere: atq̄ in ſe continere
quam æſtate ueluti ſudorem quēdā quo flumē augetur: emittat Sed hic
auctor non ſolum uidetur ægypti loca naturamq̄ neſciſſe: ſed ne eos au
diſſe quidē qui ſcirent. Nam ſi ex ipſa ægypto nilus incrementum ſuſci
peret naquaq̄ in ſuꝑioribus inundaret ꝑ ſaxa & dura loca fluens. Sed am
plius ſex milibus ex æthiopia delatus eodem eſt: quo anteq̄ ægyptū in
grediatur: ĩcremēto. Præterea ſi nili curſus humilior eſſet raritate terræ
a flumine ſuꝑdictæ: impoſſibile uideretur hiatus: qui in ſuꝑficie forent
tantam aquarꝫ uim abſorbere potuiſſe. Itē ſi nili decurſus humilior ter
ra ſuꝑinducta foret: ſuꝑiores terræ hiatus eſſe contingeret: a quibus im
poſſibile fieret tantum aquæ manare. Si uero ſuꝑiorem tenet fluuius lo
cum: haud eſt poſſibile ex locis depreſſioribus concauiſq̄ ſurſum ferri
aquarum curſum. Quis unq̄ crederet fieri poſſe humores: qui ex rarita
te terræ affluerent: tantum incremētum flumini addituros ut uniuerſa
ferme ægyptus inundaretur? Prætereo hanc rationem in raritate terræ
exaggeratæ tantum aquæ contineri: mendacem deprehendi palam poſ
ſem. Meander quippe fluuius plurimū terræ attulit aſiæ regionibus ꝑ
q̄s fluit: ĩ quo nil ſimile nili ĩcremēto cōſpicitur. Simili mō & ĩ acarnāia
achelous cephiſus ĩ boetia a phoceis deſcēdēs: nō parꝫ eis oris terræ ſu
ꝑaddidere: q̄ coli poſſet. Ex quibuſ māifeſte depħēditur ſcribētiſ error.

Itaq; nullus ab eo ueritatem exquirat uidēs eum in paucis uera ſenſiſſe. Quidam in memphi philoſophantes rationē huius incrementi reddere conati ſunt magis: quæ nō reprehendi: q̄ quæ probari poſſet. Nam orbem in partis tres diuidentes unam eſſe aiunt quam nos īcolamus. Alteram huic & contrario ſitam. Tertiam in thebas inhabitabilem ſolis calore aduſtā. Si ergo nilus hyeme creſceret certe a noſtra zona ortum haberet: cum eo tempore apud nos pluat maxime. Verū cum æſtate augetur uidetur ſimile ueri ī zona nobis oppoſita hyemem eſſe: eoq; ingentem aquarum uim eo tempore manantem incremento cauſam præbere. Hac re nulli ad fontes nili acceſſus patere tradunt: quoniam in ex oppoſita zona ortus per īhabitabilem fluat: cuius rei teſtis ſit aquarum nili præcipua dulcedo: cum per loca ſole aduſta decurrat: quod cauſam præbet ut dulcedine cætera exuperet flumina: tanquam caloris natura eum ſaporem flumini præſtante. Sed huius ſententiæ depulſio imprōptu eſt. Impoſſibile enim uidetur ex oppoſito nobis orbe flumen ſi quid terra rotunda exiſtat: ad nos ſurſum ferri. Si quis uero conetur ſuis argumentis ueritatem euertere: natura ipſa rerum repugnat. Verum illi quo recta ſenſiſſe uiderentur loca deſerta incultaq; interpoſuere: ne eorum ſētentia manifeſto argumento impugnaretur. Sed æquum eſt: qui aliquid pro comperto affirmāt: aut certum ſuæ ſētētiæ afferre teſtem: aut eam ex conceſſis principiis probare. Nam quomodo inter omnes fluuios nilus ex illo orbe ad nos ſolus fertur? Et reliqua quoq; flumina quēadmodum in hoc orbe contigit ab eo effluere merito deberēt. Dulcedinis uero fluuii cauſa quā afferunt: ratione penitus caret. Si enim caloris æſtu decoctus fluuius dulcedinē ſortiretur: nequaq̄ gigneret animātia neq; uarias piſciū aut ferarū ſpecies cōtineret. Aqua enī omīs a natura ignis alienata nequaq̄ generat. Cum autem nili natura omnino huic contraria exiſtat: exiſtimandum eſt eas incrementi cauſas nequaquam ueras eſſe. Inopides chius tradit æſtate aquas infra terram eſſe frigidas: calidas hyeme. Hoc in puteis profundis planum oſtendi: quorum aqua maximis caloribus admodum frigida ſit. Ingenti frigore calida: & nilo igitur merito accidere: ut hyeme paruus compreſſuſque propter terræ caliditatem conſumptā: cū ægyptus pluuia humiditate exiſtat: æſtate uero cum ægyptus pluuia careat: terra minime aquam abſorbente flumen nullo impedimento augeri. Huic quoq; reſpondendum eſt plures libye fluuios oſtiis: & curſu nilo ſimiles diſſimili eſſe argumento.

Cum hyeme impleantur: qui æſtate ſint exillores. Ex quo arguitur non recte ſenſiſſe auctorem. Agathargines gnidius propius ueritatem acceſſit. Ait enim ſingulis annis per æthiopiæ montes continuos ab æſtiuali ſolſtitio uſque ad æquinoctium autumnale imbres fieri: haud mirum igitur nilum hyeme compreſſum ſecundum naturam iis aquis fluere quas fontes ſubminiſtrent: æſtate uero propter imbres incrementum capere. licet autem hucuſq; certam huius incrementi rationem reddiderit. non tamen noſtra opinio contemnenda eſt. Multa enim præter naturã fieri uidentur: quorum cauſas difficile eſt ad unguem noſcere. Nonnulla huic rei ſunt argumento: quæ in aliquibus aſiæ locis fiunt. Mõtes & enĩ ſcythiæ caucaſos contiguos annis ſingulis: iam exacta hyeme immenſæ niues continuis pluribus ue diebus opplent. In oris indiæ: quæ ad ſeptẽtrionem uergunt certis temporibus plurimæ grandines incredibili magnitudine deſcendunt. Apud idaſpem fluuium æſtatis initio cõtinui imbres pluunt. In æthiopia uero poſt dies aliquot idem contingit. Non ergo procul a uero eſſe dixerim ex æthiopiæ montibus: quæ ægypto adiacet continuos imbres incremẽtum fluuio præbere præſertim cum etiam barbari ea incolentes loca huic rei teſtimonium ferant. Si autem: quæ de nilo feruntur contrariam habent iis: quæ apud nos eſſe dicuntur: naturã non tamen propterea fides rebus detrahenda eſt. Et enim notum apud nos pluuias afferre uidemus: æthiopibus ſerenitatem. Et uentos quoq; boreæ in europa eſſe uehementes in illius uero regionibus remiſſos. Et de nili inundatione ne modum excedamus: hactenus. Quoniam hunc librum in duos: ne modum tranſgrederemur: partiti ſumus abſoluto priori. Secundus nobis ordinandus eſt. In quo de antiquis ægypti regibus: de iis quæ priſcis temporibus acta ſunt: diſſerimus.

FINIT LIBER PRIMVS. I. S. In quo hæc continentur.

Geſta regum ægypti uſq; ad amaſum regem.
De ſepulchris pyramidibuſq; ægypti: quæ inter ſeptem miracula annumerantur: et eorum conditoribus.
De legibus ac iudiciis ægyptiorum.
De ãnalibus diis apud ægyptios ſacris: eorumq; cultu.

De moribus quos in ſepeliendis mortuis ſeruant.
De græcis excellentibus doctrina uiris: qui eruditionis gratia in ægyptū profecti ſunt.

CVM primus liber propter ipſius magnitudinem in duos ſit libros diuiſus: prior totius operis prohemiū continet: & quæ de mundi creatione. deqꝫ prima omnium origine: ac de diis: quas ne ſui nominis in ægypto cōdidiſſe urbes ægyptii tradant. Primū inſuper hominum ortum: & eorum primorem uitam. Præterea honores immortalium & temploꝝ ædificationem. Tum deſcribitur ægypti ſitus & quæ de nilo præter opinionem feruntur: eiuſqꝫ inundatione: quid ue de ea: tum hiſtoria: tum philoſophi ſentiant: & in ea re ſcriptorum diſſēſio. Hic autem liber continuato ſuperioribus ſcribendi genere: priſcorum ægypti regum ad amaſium uſqꝫ regem geſta continens: a primæua ægyptiorum uita initium ſummet. Priſcis uictum ægyptiis herbas ac paluſtres caules radiceſqꝫ: quas guſtu experti comprobaſſent: fuiſſe tradunt: eaqꝫ quam agroſim dicunt: herba tum præcipua dulcedine: tum hominibus ac iumentis utile in primis uſus. Eius utilitatis memores ad hoc uſqꝫ tempus uiri: hac manibus decerpta deos orant: exiſtimantes hominem limoſum: ac paluſtre animal eſſe ſumpta coniectura: tum ab eius humili naturaliqꝫ ortu: tum quia magis humidis: q̄ ſiccis egeat cibis. Piſces deinde ſecundum cibum ægyptiis fuiſſe tradunt: nilo eorum copiam præſertim cum decreſcens in alueum redit ferente: pecorum quoqꝫ carnibus ueſcentes: quidam eorum pellibus pro ueſte utebātur. Domos ex harūdinibus conficiebant: cuius rei ueſtigia penes ægypti paſtores permanſere: huc uſqꝫ nulla alia niſi ex talamis facta habitacula probant. Hac uita plurimo tempore exacta: poſtmodum aliis fructibus: in quis panis erat ex loto factus: ueſci cæperunt. Horum inuentionem quidam ad Iſidem: quidam ad antiquiorem nomine Menan referūt ægypti regem. At uero ſacerdotes diſciplinarum artiumqꝫ repertorem mercurium fuiſſe tradunt. Eorum uero: quæ ad uitam ſpectant reges. Quapropter antiquitus non ad principantium progeniem ferebātur regna: ſed ad eos: qui plurimum de hominum uita meriti uiderentur: ſiue ob communem utilitatem creante ſibi reges populo: ſiue ita in libris ſacris contineretur. Eorū nōnulli fabulantur deos primū & heroas ī ægypto paulo minus decē & octo milia regnaſſe ānos. Deoꝝqꝫ poſtremū orū iſidis regno potitū: hoīes uero paulo mīus

annorum quindena milia uſq; ad centeſimā atq; octogeſimā olympiadē
quo tempore in ægyptū tranſcendimus regnante ptolemæo: qui nouus
eſt dionyſius appellatus. Aegypti maiorem partem temere reges īdigē
tes: pauca æthiopes: perſæq; ac macedones. Aethiopes quattuor: nō cō
tinuis: ſed diuerſis tēporibus regnarunt annis ferme ſex & triginta. Per
ſæ duce cambyſe rege: qui ægyptum armis ſubegit: annis centum trigin
ta quinq; quorum inſolentiam crudelitatemq; atq; in deos patrios impie
tatem damnantes ægypti ab eis poſtmodum deſciuere. Poſtremi mace
dones. & qui ab eis manarunt: annis ducentis ſeptuagintaſex ægyptiis
imperarūt. Præter hos temporibus reliquis ægyptii omnes regnum te
nuere uiri quidem quadrigenti ſeptuaginta mulieres quinq;. Quæ oīa
ſacroꝝ libroꝝ monumētis ſacerdotes a priſcis illis tēporibus ſcripta: po
ſteris reliquerūt cuiuſlibet regū magnitudinē naturā mores ætatē geſta
ſcriptis mandātes. Nos autē cū de quoq; ſingulatī tradere longū nimis
ſupfluumq; eſſet iis: quæ digna memoria uidebuntur: cōtenti hiſtoriā cō
texemus. Primum poſt deos in ægypto regnaſſe ferunt Menan: qui po
pulos colere deos: ſacraq; his facere: mēſas īſup: & lectos ſternere docuit:
delitiis aſſuefaciens & cultiori uitæ. Qua ex re multo poſt tēpore gneſa
ctum uecchoridis ſapientis patrē dicunt in arabiā cum exercitu ꝓfectum
cōmeatu in locis deſertis atq; aſpis deficiente: coactū eſſe cibum uilē ab
idiotis: qui forte occurebāt ſummere. Quo lætatum: cum p̄ter modnm
ſuauis uiſus eſſet: deſpexiſſe aiunt atq; abominatum eſſe: qui primus regū
ſumptuoſiori cibo eſſet uſus. Adeo autē ſibi: tum cibus: tum potus: tum
lectus humilis cordi fuit: ut hoc ī libris ſacris īſcribi īpetrarit: ac thebis in
tēplo iouis poni. Eā cauſā ferunt: cur nulla menæ gloria aut honor ad po
ſteros manarit. Huius regis deinceps ꝓgenies: regnum tenuit quinqua
ginta duo reges annis mille & quadragīta: a quibus nil memoria dignum
prodiit. Buſiris deinde octoq; ab eo poſteri regnarunt: quorum ultimus
Buſiris quoq; nomine ciuitatem condidit magnam: ſolis urbem ab ægy
ptiis: a græcis uero thebas appellatam: cuius moenia centum quadragin
ta ſint ſtadia ambitu complexa. Eam magnis ædificiis ac ſpecioſis deoꝝ
templis: aliiſq; ornamētis pulcherrimis exornauit. Simili modo & priua
torum domus uſq; ad quartam aut quintam contignationem conſtruxit.
Ciuitatem iuſuper omnem: omnium non ægypti ſolum: ſed aliaꝝ orbis
oīum reddidit foeliciſſima. Huius urbis ꝓpter eius potētiā excellentiāq;
ubiq; diffuſā & poeta mēinit īquiēs ægypti thebas ornatas ædificiis: ī q̄

centum ſint portæ inq; earum qualibet cuſtodes ducētos excellere equis & currubus. Quidam aſſerunt nō centum portas fuiſſe ciuitatis: ſed plures egregiaſq; templorum portas a quibus cētum ſit: tanq̃ plurimarum portarum dicta. Ex ea uiginti milia curruum ad bellum prodire: receptacula quoq; equorum centum quorum ſingula ſupra ducentos equos caperent: Iuxta flumen inter memphim ac thebas libyā uerſus fuiſſe aiunt. Eorumq; etiam nunc ueſtigia monſtrari. Non ſolum uero hunc regem. ſed & qui poſt eum regnarunt: multa accepimus ad huius ciuitatis amplitudinem atq; ornamenta cōtuliſſe: Donis præterea decoraſſe pluribus aureis: argēteis: eburneis: ſtatuis inſuper coloſſorum inſtar: atq; obeliſcis ex unico lapide factis: ut plane conſtet nullam ſub ſole urbem ita fuiſſe exornatam: ex quattuor enim templis pulchritudine magnitudineq; admirabile conſtructis: unum erat ātiquiſſimum: cuius circuitus ſtadiis tredecim pateat. Altitudo cubitis quinq; & quadraginta: muri latitudo ſit pedum quattuor & uiginti. Reſpondere huius templi magnificentiæ aiunt ornamentorum cultum: quamuis magna impenſa ſit & mirando opere conſtructum. Ea ſtructura uſq; ad poſteriora permanſit tempora. Aurum uero argētū ebur & lapidum ſumptus atq; ornatus a perſis ablata: quo tempore cambyſes ægyptiorum templa combuſſit: Tranſtuliſſe quoq; ī aſiam ab ægypto ferunt nō ſolum ornamenta rerum plurima: ſed & artifices: quorum opera regiæ inſignes: tum in perſepoli tum inſulis: tum in mediis ſint cōſtructæ. Tantam pecuniarum copiam in ægypto fuiſſe tradunt: ut ex incēdiis: quæ omnia abſumpſere: inter cætera paruum licet quid auri: quod tamen ultra trecenta talenta ſit penſum: affluxerit: argēti uero duo milia & trecenta. Sepulchra quoq; regum priſcorum mirabili opere & quæ minime æquari a poſteris poſſent: fuiſſe aiunt. Referūt ſacerdotes ſeptem & quadraginta ſepulchra regia: quorum uſq; ad ptholemæum lagum decem & ſeptem tantum ſupererant: in eorum libris ſcripta contineri: & eorum etiam plurima: quo tempore ad ea loca acceſſimus: abſumpta erant olympiade centeſima atque octogeſima. Non ſolum uero ab ægyptiis ſacerdotibus hæc traduntur: ſed græci quoque plures: & in his hecatheus: qui ptolemæi. lagi tēpore thebas profecti hiſtorias ægyptias ſcripſere. nobiſcum ſentiunt. de prioribus enim regum ſepulchris ī quibus traditur Iouis pellices fuiſſe conditas: recenſens ſingula: regis monumentum: qui Simandius dictus eſt: fuiſſe tradit ſtadiorum decem. Cuius aditu porta erat uario lapide conſtructa. Et huius longitudinem

duorum iugerum : altitudinem quinq́ꝫ & quadraginta cubitorum fuiſſe ait. Poſt hanc ingredientibus aderat lapideū periſtilum quadratū: cuius ſingula latera iugera quattuor cōplecterentur. In eo pro columnis anima lia erant ſita ex unico lapide decem & ſex cubitoꝝ ad antiquam formam fabricata. Textura omnis ſupior tecti confecta ex lapidibus duoꝝ paſſuū latitudine uariiſq́ꝫ ſtellis ceruleis ornata. Ex hoc deīceps alter erat aditus & in eo porta priori ſimilis: ſed ſculptura uberiori. In īgreſſu ſtatuæ tres poſitæ erant ingentes unici lapidis. Mēnonis opus. Harum una ſedens: cuius pedis menſura ſeptem excedebat cubitos : cæteras ægypti ſtatuas magnitudine ſupabat. Duæ præterea uſq́ꝫ ad genu: altera a dexteris: altera a ſiniſtris filiæ & matri minores poſitæ. Hoc opus nō ſolum magnitudine cōſpicuum: ſed arte mirabili & lapidum natura excellens fuit: cum ī tanta mole neq́ꝫ fiſſura quæpiam: neq́ꝫ macula ineſſet. Scriptum erat in eo Rex regum ſimandius ſum ·Si quis qualis fuerim: & ubi iaceam noſſe uelit: meoꝝ aliquid operum exupet. Eſſe quoq́ꝫ & aliud ſignū matris ferūt unico lapide cubitoꝝ uiginti: habens ſupra caput regias tres: quæ oſtenderent filiam uxoremq́ꝫ ſe & regis matrem fuiſſe. Poſt hāc portā & aliud erat periſtilum nobilius ſuperiore ſculpturis uariis: ī quis bellum erat cōtra bactrianos: quibus regis filii īperabant deſciſtentes: ab eo geſtū: hos aduerſus: quadringentis milibus peditū: equitū uiginti: in quattuor partes diuiſo exercitu: cum ꝓfectus eſſet: prima muri pars obſidionem urbis ſculptam cōtinebat: ab ea parte: qua fuluius muros abluit. Rege deīde cū parte hoſtium cōgreſſo: leo una cū eo inita pugna hoſtes ī fugā uerterat Scriptores quidā uerā hiſtoriā fuiſſe leoniſq́ꝫ opa domi enutriti regem ī pugna uti ſolitum ad uictoriā ferunt. Alii ob fortitudinē corporis præcipuam leonis ſimilitudine: corporis animiq́ꝫ uires ipſum oſtēdere uoluiſſe. Secundus paries ſculptus erat captiuis abſq́ꝫ pudendie manibuſq́ꝫ: a rege ductis: quæ nota erat illos eſſe animo uiles: & corpore imbecilles. Tertiū latus ſculpturis uariis picturiſq́ꝫ decoris: regis ſacrificia triumphūq́ꝫ deuictis hoſtibus cōtinebat: In medio periſtili latere ſtatuæ iacebant duæ ingētes ex unico lapide cubitoꝝ ſeptē & uigīti: ad q̄s: tres ex piſtilo aditus patebāt. Has ꝓpe: domus erat colūnis ſuſpēſa : cuius latus quodlibetduo iugera cōplectebatur. In ea ſtatuæ ligneæ poſitæ haud puo nūero repſētātes: tū eos: qui de re dubia diſceptarēt: tū reſpiciētes eos : qui ī iudiciis ſentētias ferrēt. Hi ab una muri pte ſculpti trigīta nūero erāt & ī medio iudicādi prīcipes: cuius a collo ſuſpēſa ueritas pēderet & oculis eſſet ſub

clauſis librorum cumulo circūſtante. Hæ imagines præſe ferebāt iudices
integros eſſe debere: prætorem ſolā inſpicere ueritatē. Dehinc de ambu
latorium erat domibus plenum: inq; eis diuerſa epularꝶ genera ſuauia gu
ſtui præpata. Sculptus deinde eminens cæteris rex uariis coloribus: aurū
atq; argentum quæ ex aureis argēteiſq; metallis annuatī cæpat: deo offe
rens. Inſcripta quoq; ſūma erat oīs ī argentū redacta: minæ terdecies cē
tena & ducenta milia milium. Sequebatur dehinc ſacra bibliotheca: ī qua
inſcriptum erat animi medicamentum. Erant deinceps ægypti deorꝶ om
nium imagines: regis quoq; dona ferētis: quæ cuiq; cōpeterent deo: oſtē
dentis inſup & oſiridem & poſteriores reges: tū in deos cultu: tum inter
hoīes iuſtitia: plurimum uitæ mortalium ꝓfuiſſe: pene bibliothecam do
mus ſita erat egregia: in qua uigīti eſſent iouis & iunonis lectiſternia. Re
gis inſup ſtatuæ: ubi & regis corpus ſepultum uidebatur. Hāc circū aſta
bant plurima habitacula: in quibus picta cernebātur animantia ægyptia
ſingula ſacris apta omnia ſepulchrum uerſus aſcendentia. Circuibat mo
numentum aureus circulus cubitis trecentis ſexaginta quinq; unius cubi
ti ſpiſſitudine. In quo deſcripti erāt p ſingulos cubitus dies anni: & aſtro
rum ortus atq; occaſus: quid ue ea ſecundum ægyptios aſtrologos obſer
uata ſignificarēt. Eum circulum ferunt: & cābyſes & perſæ quo tempore
ægyptiis imparunt ablatum. Hoc ſimandii monumētum nō ſolum cæte
ris omnibus ſumptuoſius: ſed & artificio excellentius fuit: thebei quidem
ſe antiquiſſimos omniū ꝓfitētur: primumq; philoſophiā ac aſtronomiā
ab ipſis repertas. Seq; a regionis ſitu adiutos ad cognoſcēdos orientium
ac occidentium aſtrorꝶ motus. Inſuper & menſes ab eis & annos eſſe īſti
tutos. Dies nō ſecundum lunam: ſed ſecundum ſolem metiuntur trigīta
dierum menſem cōficientes. Quinq; autem dies & quartum duodecī mē
ſibus adiungentes anni curſum pficiunt. Intercalares menſes nō interpo
nunt: neq; dies ſubducunt: ſicut & græcorꝶ quidam. Solis & lunæ defe
ctus diligenter ſcrutati ſunt. Ex quibus multa futura prædicere cæpunt.
Ab huius regis ꝓgenie profectus poſtea. Ogdous: qui uchoreus cogno
minatus eſt. Memphim cōdidit ābitus ſtadiorum centum & quīquagin
ta: urbē omnium ægypti præclariſſimā opportuniori totius eius oræ lo
co: ubi nilus in plures ſciſſus partes efficit formam deltæ. Quo fit ut tāq̄
in nili clauſtro poſita aditum præbeat: prohibeatq; ad ſuperiora loca na
uigantibus. Vrbs munita eſt: ac optime ſita: nam fluente iuxta eam nilo
ad cohibendam aquarum inundationem uerſus notum aggeres ingētes

oppoſuit:& īcremēto fluuii præſidiū:& ad uerſus hoſtes:qui a terra irēt munimentū:a partibus cæteris undiq; effoſſus eſt lacus ingens ac ꝓfun dus:qui ſupabundantia fluminis in eum delata: ac locis urbi uicinis:ex cepto aggere:aqua repletis urbē effecit munitiſſimam. Talē igitur eius urbis conditor loci opportunitatē elegit:ut poſteri reges ferme oēs reli ctis thebis & regiam & habitationes in ea ædificarit. Quapropter de inceps diminuta thebaꝝ magnificentia: aucta Memphis uſq; ad alexā dri macedonis tēpus. In urbē ſui nominis iuxta mare cōdidit:ī augmētū cuius poſtea reges ægypti omnes īcubuerunt. Hāc ciuitatē quidā deoꝝ donis plurimiſq; decoris rebus adeo exornarūt ut prima apud quoſdā aut ſecunda ī orbe habeatur. Sed de hac ſepatim poſterius dicetur. Mē phis conditor poſt ſtructum aggerem ſtagnumq; effoſſum regiā ædifi cauit haud inferiorem reliquis:quæ alibi conſtructæ ſunt:Supiorum ue ro regum magnificentia atq; ornatu imparem:ægypti ſane omnino par uifaciendum præſens uitæ tempus eſſe putant. Futuri uero gloriā:quæ uirtute comparatur maximi extimādū. Domos noſtras diuerſoria appel lant tanq̄ breui tempore a nobis inhabitandas. Defunctoꝝ ſepulchra ſempiternas domos:quoniam apud inferos infinitum ſit tempus:uocāt. Ideo domus ædificandæ curam contemnunt. Circa ſepulchrorum ma gnificentiam ſummum ſtudium operamq; īpendunt. Memphim quidā a conditoris filia denominatam uolunt. Eius amore fabulantur nōnulli captum nilum fluuium:tauriq; forma compreſſiſſe mulierem: exq; ea ge nitum:quem propter uirtutem incolæ ægyptum dixere:a quo & regio ſit omīs denominata. Hic cum regnum cæpiſſet phumanus ac iuſtus fuit inq; ſingulis excellens. Qua ex re comprobata ab omnibus eius erga ſi gulos beniuolentia:hunc honorem nominis ſortitus eſt. Hoc defuncto rege duodecima poſt eum proles ægypti regnum poſſedit nomine mu ris:ædificauitq; in memphi boreale propylæum opus reliquis excellen tius. Supra ciuitatem decem ſtadiis lacum effodit:miranda utilitate ma gnitudine operis incredibili:cum pateat ambitu ſtadiis tribus milibus ſexcentis. Profundum eius quibuſdam in locis ſit ulnis quīquaginta:ut qui rei magnitudinem aduertat. Eius ī omnes ægyptios benificentiā re giſq; prudentiā nullis ꝓ meritis ſatis laudare poſſet:nam cū nili incerta ſint incrementa. & ab eoꝝ mō fructus terra præbeat. lacū hunc effodit aquæ īundantis receptaculū. ne cū ſupra modū excreſceret ſtagnātibus præter ſollitū aquis. limo ſupfluo patria inutilis redderetur. ne ue ex

.c.

defectu aquæ fructus ex ſiccitate perirent. Foſſā uero a fluuio duxit ad la cū ſtadiis octogita quīq;: iugeris latitudine. Per hanc fluuii aqua & rece pta & ꝓhibita præbet agricolis fertilitatē. Nunc apto ore foſſæ: nūc cla uſo iuxta incrementi modū: non abſq; magna īpenſa. Cum quīquaginta talentis opus ſit ſiue claudere ſiue reſerare os foſſæ uelīt. Permanſit hoc ſtagnum ſūma ægyptioꝝ utilitate uſq; ad noſtrā ætatem a cōditore Mi ride appellatum. Relictus eſt a rege: qui eum effodit: in eius medio locus in quo ſepulchrum ædificauit duobus ſup īpoſitis pyramidibus altitudi ne ſtadii: una ſibi: altera uxori. Sup his ſtatuas quoq; duas lapideas collo cauit in throno ſedentes: exiſtimans his opibus relinquere ſuæ uirtutis memoriā īmortalem. Vectigal piſcium: qui in ſtagno capiebantur: uxori cōceſſit: tum ad unguentoꝝ uſum: tum ad reliquum corporis cultum. Id talēti argentū ſigulis diebuſ pendit. Traduntur duo & uiginti piſciū ge nera in eo eſſe. Tantāq; eoꝝ capi multitudinem: ut abunde præbeat his etiam cum plurimi ſint: qui ſaliendis piſcibus opam præbent: poſt Miri dem prole ſeptima Seſooſis rex factus ſupiores omnis gloria & rerū ma gnitudine exceſſit. Sed quoniā de huius regis geſtis: nō ſolū græci ſcri ptores: ſed etiam ægypti ſacerdotes: & qui cantu eius laudes ornāt nō eadem ſentiunt. Ex his tum: quæ ſupſunt ueſtigiis: tum ī quibus ſcripto res cōueniunt ſimiliora ueri cōſcribemus. Poſt eius ortum pater decoꝝ ac regium opus aggreſſus eſt. Nam ex tota ægypto omnibus: qui eadē die: qua filius nati erant: infantibus cōgregatis: nutriri educari ac ſingu los eadem diſciplina exercitioq; erudiri fecit: exiſtimans hoc pacto ſimul educatos atq; inſtructos tum amiciores inuicem: tum audentiores melio reſq; in bello fore. Hos cōtinuo uſu ad maloꝝ patientiā exercebat. Non enim licebat alicui cibum: priuſq̄ curſu centum octoginta ſtadia cōfeciſſet capere: quo exercitio omnes uiri euaſerant: & robuſto corpore & aīo præ ſtantes. Primum ſeſooſis in arabiam cum eorum qui ſimul nutriti erant exercitu a patre miſſus aſſuetuſq; uenatui: ac cibi potuſq; abſtinētiæ om nem eam gentem ſubegit liberam antea & ſeruitio inſuetam. Deinde in libyam profectus: maiorem eius partem inditionem adhuc adoleſcentior redegit. Defūcto patri cum in regno ſucceſſiſſet: rebus ab ſe geſtis elatus adiecit animum ad īpium orbis. Dicunt quidā a filia illū athyrtia ad mo narchiā hortatum eāq; ingenio ac prudentia præſtantē docuiſſe patrem facillime ex eo exercitu īpare oībus poſſe. Alii eā ferunt diuinationis peri tam futura: tum cæleſtibus ſignis: tum ſacrificiis noſſe. Aſſerunt & plu

res patri poſt natum ſeſooſim: in ſõnis uulcanum prædixiſſe infantem genitũ toti orbi imperaturum · Eamq; fuiſſe cãm: cur filiũ cũ coæuis ut diximus pueris inſtituerit aſſueſeceritq; regie eruditioni: quo dignior eſſet qui impio potiretur. Sed iã uir factus cum dei ꝑditionem noſſet: magno animo parauit exercitũ. Verum ĩ primis: quo facilius optata pficeret: ſibi omniũ ægyptiorum beniuolẽtiã cõciliauit: ut & milites ꝓ eorum ducibus ad oppetendã mortẽ ꝓmptiores redderet: & qui in patria reliqui eſſẽt nouis rebus abſtinerent. Oẽs uero beneficiis affecit. Hos donauit pecuniis alios agris nõnullos remiſſione poenæ ſingulos orõe & humanitate deiunxit. Oẽs qui in regem deliq̃rant dimiſit impunctos. Ob æs alienum uictos magna hæc multitudo erat ſoluit: Aegyptũ oẽm in ſex & trigĩta regiones quas leges dicunt: diuidens cuilibet ꝑtorẽ: qui & tributa regia exigeret: & ꝓ regionis uarietate cõmodoq; omnia exquireret ꝑfecit: ex robuſto milite exercitũ elegit: quo aĩmi cõſilia pficeret. Fuere pedeſtres copiæ milia hominũ ſexcenta equitũ milia quattuor & uiginti. Currus bello apti octo milia & uiginti. Deinde uarios duces ex his. qui una ſecũ nutriti erant exercitui ꝑpoſuit uiros exercitatos bello & a pueris uirtuti deditos. Hii erant numero amplius mille ſeptingenti fraterna õnes mutuaq; erga regem beniuolentia. Quibus diſtribuit agros fertiles: ut rebus neceſſariis fulti nullaq; ducti inopia liberius militiæ uacarent. Præparatis ad bellũ rebus primum æthiopes: qui ad meridiẽ ſpectãt aggreſſus uictos acie tributũ pendere cõpulit ebenu aurum & elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrum claſſe quadrigentarum nauiũ miſſa. Primus omnium lõgis nauibus uſus. & inſulas omnis eius oræ ſibi ſubdidit: & partes maritimas uſq; ad indos ſubiecit. Aſiã quoq; oẽm pedeſtri exercitu deuicit: neq; ſolũ ꝓuincias expugnauit ab alexandro poſtmodum ſubactas. Sed & gentes quaſdã: ad quas nunq̃ alexander acceſſit: Nam & gangem trãſiit: & uniuerſam mediam uſq; mare oceanum ꝑagrauit. Scytarum quoq; gentem ad thanaĩ uſq; fluuium: & qui europam ab aſia diuidit ꝑtranſit. Ibi multis ægyptiis iuxta meotim paludem relictis: colchorum gẽti originem ꝑbuit: Hanc nationem ab ægyptiis manaſſe argumento eſſe dicunt: ꝙ apud eos pueri ægyptiorum ritu circuncidantur: priſcum morẽ quem & iudei ſequuntur: coloma ſeruante. Aſiam quoq; reliquã ſibi parere coegit: Cycladas inſulas maiori ex ꝑte potitus eſt: tranſcendens in europam omnemq; thraciam ꝑtranſiens ꝑiculum exercitus ſubiit: tum ꝓpter inopiã frugum: tum locorum aſꝑitate: Finem expeditionis in thracia

cæteris aīantibus ſubito aſſurgēs oreꝗ nōnulla capiens alia circūnectēs cauda depaſcebatur. Hunc cōſpicati hoīes cū longior eſſet hebeſꝗ natura laqueis & catenis illum capere exiſtimātes primū fidenter ad eū acceſſerunt. Beſtie appropinquantes uiſis igneis oculis lingua lambēte ſingula ſquamaꝝ aſperitate dum moueretur ſtrepitū ingentē reddente dentibus inſup eminentibus oris quoꝗ aſpectu horrido īmutato colore admodum exterriti ſunt. Itaꝗ timide iniectis ad caudā laqueis ad contactū funibus corpus magnis ſibilis conuerſa belua ꝓpinquiorē ore captū uiuū deglutiuit. Alium fugientē cauda lōge app̄hensum atꝗ ad ſe tractū occidit. Cæteri metu ꝑculſi fuga ſaluti conſuluere non tamen ommittentes belue capiende curam ſpe lucri timorē ſuperāte. Arte igitur & dolo potiore uiribus beluam ſūt aggreſſi. Primū ualidis ſpiſſiſꝗ funibus rete cōcauum gibbi forma belue capacē fecerunt. Tum ſpeculantes ſerpentis cubile atꝗ exitus redituſꝗ notato tēpore ut primū ſerpens ad conſuetū animalium paſtum prodiit ore aditus ingentibus lapidibus terraꝗ obducto in proximo uallis loco latum in primis ingreſſum tum arctiorē interius ueluti cuniculū cubile uerſus in quo rete poſitū eſt fecere. Reuertēti a paſtu belue ſagyptarii funditoreſꝗ tum equitum magnus numerus ad hæc tibicines ad id p̄parati omnes ſeſe oſtendere. Nulli tamen adire ꝓpius auſi ſunt aliorum malo edocti. Hos ille ut cōſpicatus eſt capud alte extulit. Sed tū coniectis ꝓcul manu telis tum equoꝝ conſpectu tū latrantium canum multitudine ad hæc tubarum concentu territus ſerpēs ad ſolitum aditum profectus eſt: quem obſeptum cum repperiſſet illi inſequendo armorum equorumꝗ ſtrepitu tubarum inſuper clangore & uenantiū clamoribus iam feritate depoſita ob ſtupefactā beluam ad p̄paratum ad id aditum adegere: quē īgreſſa in rete incidit. Deinceps reluctātem recteꝗ dentibus magnis editis ſibilis lacerantem cōpreſſerunt. Nā & cuniculo cū rete extracta multiſꝗ ad caudam ictibus percuſſa effractis inſup dentibus exꝗ ea re dolore ꝑculſa fera mitior eſt effecta. Eo pacto irretitum ſerpentem deferentes alexandriam regi ottulerunt mirandum ſpectaculū & uix audientibus credendū. Deducto deinde paulatī ad conterendas uires cibo feritas eius remiſſior reddita eſt: ita ut ob illius oēs manſuetudinē obſtupeſcerēt. Ptolemæus uenatoribus tributo præmio ſerpentē dimēſo enutriens cibo ad regiā ueniētibus exteris ꝓ mirando ſpectaculo oſtēdebat. Tam ingēti igitur ſerpēte in conſpectum hoīum palā deducto haud abrogāda uidetur fides æthiopibus: neꝗ ꝓ fabulis

.h.

ducēda: quæ de ſerpentibus tradunt. Aſſerunt enī reperiri apud ſe illos tanta magnitudine ut nō ſolū boues ac tauros cæteraq; eiuſdē molis animantia: ſed elephātos quoq; occiſos uorent. Nam cū illis cōgreſſi primū cauda pedes illorum multis nexibus cōplicant ita ut nequeant moueri. Deinde in caput aſſurgentes oculiſq; tanq̄ fulgure incenſis elephātorum uiſū obumbrātes ad terram deiectum comedunt. Nunc de reliquis arabici ſinus oris ſcribemus partī a nobis alexandriæ ex regum cōmentariis partī ex his qui uiderunt pceptis. Hæc enī orbis portio inſula quoq; britānie & loca ad arctum ſita paucis nota ſūt. Verum de regionibus quæ arctū ſpectant deq; britannicis rebus tum referetur a nobis. C. Ceſaris qui romanū uſq; britāniam imperiū ptulit eaſq; oras incognitas antæa notas effecit geſta cōplectemur. Arabici ſinus oſtia patent ad oceanum qui meridiem reſpicit plurium ſtadiorum longitudine: quæ arabie toglodítarumq; finibus terminatur: oſtii reliquiq; ſinus latitudo decem & ſeptem ſtadiis patet a portu panormi ad oppoſitā epirum diei unius nauigatio. Plurimum uero diſtat circa Tiritum mōtem ubi ita latum eſt mare ut epiri minime inuicem aſpiciantur. Ab hac latitudine paulatim clauditur uſq; ad oſtium eius. Is ſinus multis in locis inſulas continet magnas quas īter arctus eſt nauium curſus. Maris uero fluxus uehemēs ac multus. Hic ſitus eſt arabici ſinus cuius ab ultimis locis ordientes utrinq; nauigandi modū quæ ue in eo ſunt memoratu digna recenſebūtur. Et primum in dexterā ſumemus littoris partem: quā uſq; ad deſertum habitāt troglodítæ. Ab Arſinoe ciuitate iuxta dextrū continens euntibus uariis in locis ex ſaxis in mare emanāt aquæ ſalſedine amare. Vltra quas latis campis mons imminet uiridi colore qui continuo aſpicientium uiſum corrumpit. In montis radicibus ſtagnum eſt difficile ad nauigādū nomine Aphrodites: ex tribuſq; in eo ſunt inſulis due oliuas ac ficus abunde ferūt. Tertia his arboribus deficiens meleagridis ut appellant referta eſt. Poſt hæc ſinus ē īgens noīe Achathartus in quo cheronoſſus anguſto aditu. Iter nauigātibus ad oppoſitum mare præbet. Vltra hæc loca inſula eſt longitudīe ſtadiorum octuaginta nomine Ophiades olim deſerta cultoribus ob ſerpētum unde & nomē ſuſpſit ī ea diuerſantiū multitudinē. Poſtmodū regū ægypti opa ſerpentibus purgata eſt ad cultūq; redacta ita: ut nulli in ea amplius conſpiciantur. Non aūt prætermittenda uidetur cauſa: qua hāc inſulam ſerpentum moleſtia cura hoīum liberauit. Inuenitur in ea inſula topatius lapis uitro ſimilis colore aureo. Cuius acceſſus oībus ē īterdictus

poena mortis ad eam nauigantibus ſtatuta. Pauci cuſtodes inſule p̄ſunt uitam miſerā ducentes. Ne quis enim eos lapides furto auferre poſſit: nulla penitus in īſula nauis relinquitur. Qui prope nauigant regis timore haud quaq̄ propinquant inſule. Nutrimentū deferentes eueſtigio abſcedunt cibo relicto. Cæteri propinqui inſulā non adeunt. Deficiente cibo ad littus ſedent omnes uitæ ſubſidiū expectantes. Hos qui deferunt ut tardos ſæpe incurſant uelut in extremo uitæ poſiti. Hic lapis in petra naſcitur die ob ſolis ſplendorē minime apparens. Noctu in umbra lucet procul oſtendens quo ſit in loco. Cuſtodes ſorte diuiſi ad loca ubi latent topatii accedunt. Quē ubi noctu ſplendentē conſpexere locū ſplendentem lapidis deſignant: cum poſtmodū die excisū opificibus tradunt: qui ex eo topatium eliciāt. Propinqua littora maiori ex parte iſcthie phagi habitant & paſtores toglodite. Montes inſup ſunt uſq͂ ad ſotiras portum contigui qui nomen hoc a græcis primū eo proſpere nauigantibus accepit. Deīceps ſirius eſt arabiā uerſus cuius regio ac mare aliā a priori naturā habet. Nam cōtinens humilis eſt nullis collibus elatus. Mare nō amplius tribus paſſibus profūdū colore admodū uiridi. Quod ferūt minime natura aquæ cōtingere: ſed quia alga referta eſt: locus ad nauigādū facilis nulli ſubditus tempeſtati: multiſq͂ refertus piſcibus. Naues q̄ elephātes uehūt tum profūde tum pōdere graues haud parua ſubeūt maris diſcrimina. Noctu enī uentoꝝ acte ui quandoq͂ in ſcopulos quādoq͂ ad loca uadoſa impelluntur. Nautæ ubi neque egredi propter aquam ſtatura hominis profundiorem neque nauē cōtis quæūt impellere omnia præterq̄ ad uictum neceſſaria e naui eiicientes nō tamē propterea periculum deuitāt. Nulla inſula nullo e ditiore loco nulla naui ꝓpinqua. Nam regio penitus inculta eſt & incolis uacua: & ad quā rari nauigēt. Præter has difficultates breui tēpore tāta maris fluctibus arena ad nauis alueū īpellitur: ut ueluti aggere obducatur. Illi in caſſum ad ſurda loca exclamātes: nō tamē omnino ſalutem deſperāt. Nam quādoque a maris ex æſtu ante fluctu naue in altum eleuata tanq̄ deus quiſpiā ſalutem attulit picli tantibus. Si uero hoc dei auxilio deſtituantur ubi cibus deficit: ībecilliores in mare a ualentioribus quo pluribus diebus cibi ſuppetant ꝓiiciuntur. Sed tandem & ipſi multo pereunt deterius q̄ iam uita functi. Illi enī breui tēpore ſpiritum naturæ quæ illum dederat reddidere. Iſti multis calamitatibus morte ꝓducta longiora differendo mala ꝑpeſſi tandē priuantur uita. Naues aūt deſtitutæ nautis tanq̄ ſuoꝝ ſepulchra aliquādiu

permanent arena undiq; congeſta. Malus antemneq; a longe cōſpecte ad defunctorum miſericordiā aſpicientiū animos mouent. Regium eſt mā datū ſi quando eiuſmodi caſus acciderit ut ſignificentur loca nauiganti bus pnitioſa. Traditū eſt a maioribus fama iis qui ꝓpe icthiophagos ha bitant magno quodā eius ſinus fluxu mare ad oppoſitū littus ſecedēte oībuſq; locis eius ſinus arefactis terram fūditus colore uiridi apparuiſſe ex īmenſo rurſus maris refluxu aquam in priorem locum reſtitutam. Ha rum partium a ptolemaida ad taurum uſq; montem nauigationē rettuli mus: cum Ptolemæum elephantorum uenationi ſcripſimus operā dediſſe. A tauro uertitur littus orientē uerſus ubi æſtiuo ſolſtitio umbræ ad me ridiem uergunt diuerſo a nobis modo uſq; ad horam ſecundā. Habet ea regio flumina decurrētia a montibus quos appellant pſebeos: diuiditur quoq; latiſſimis campis hibiſcum cardamoniū ac mire magnitudinis pal mas. Fructus inſuper omnis generis aſperos guſtu ferētibus ignotos no bis. Mediterranea regio elephātis tauris ſilueſtribus leonibus cæteriſq; magnis feris copioſa eſt. Nauigatio inſulis īpeditur nullum domeſticū ferentibus fructum. Aues in eis uarie aſpectuq; mirabiles nutriuntur ma re deinceps ſequitur ꝓfundum habens cetæ magnitudine eximia haud infeſta hominibus niſi cum forte quis inſcius in earum criſtas inciderit. Neq; enī nauigātes inſequi aduerſo ſole poſſunt ſplendore illarum ocu los obumbrāte. Has troglodytarum partes ultimas mōtes quos dicunt pſe uaras circundant. Reliquum ex aduerſum littus arabiam ſpectans ab ara quā Ariſtona ptolemæo ad perueſtigandā arabiā uſq; ad oceanum miſ ſus. Neptunno dicauit neptunnum appellatur. Eius longitudinis regio maritima ꝓpter utilitatē admodum celebris finicea a palmis quas pluri mas fert ubere ac ſuaui fructu appellata. Omnis ꝓpinquus agertū aquas ſcatentes raras habet: tum ad meridiem uergēs eſt admodum calida: pro pterea locum illum arboribus fructuq; fertilem īter deſerta hominibus loca ſitū merito diis barbari ſacrarunt. Et enī nō pauci fontes riuiq; aquā quæ niuium frigiditate haud inferior eſt ſcaturientes terram herbis ui rentem pſtant rem aſpectu admodū iocundam. Eſt & templum ex duro lapide priſcis tēporibus conditum uetuſtarum & quæ intelligi nequeāt lit terarum īſcriptione. Ei uir ac mulier præſunt per omnem uitam ſacrorum curam habentes: hi foelices habiti qui id loci habitant in arboribus ob ti morem dormiunt ferarū. Iuxta pheniceam nauigāti ad epiri ꝓmontori um inſula eſt ab animantibus quæ in ea uerſantur dicta ferarum inſula.

Tanta enim harum beſtiaꝝ copia in his locis ſupeſt ut mirum uideatur aſpicientibus: Imminēs huic inſule ꝓmontoriū ei loco adiacet qui appellatur petra & arabie paleſtine. In hanc & tus & reliqua odorē reddētia ex ſupiori ut fertur arabia genei minneiq; aſportant. Reliquā maritimā oram tenuerūt olim maranei. Deinde qui proximi ſunt garindanes quæ loca ab eis hoc pacto ſunt uſurpata. Celebritas erat olim in ea quam diximus phoenicea luſtris ſingulis ſeruata: ad quā undiq; e ꝓximis locis accedebant pingues camelos hecatombas appellāt diis in tēplo ſacrificaturi. Aquā inde recedentes: nam pſuaſum erat eam ad ſanitatē deferentibus conferre in patriā ferebant. Ob eam cauſam Maraneis ad ſacra ad euntibus garindanes tum prius qui domi remanſerant maraneos tum deiceps qui a ſacris redibant ꝑ inſidias aggreſſi ad unum pemerunt. Vacuā cultoribus patriam tum frugibus tum pecoribus nutriendis aptam inter ſe diuiſerunt: portus ea regio paucos habet: ſed frequentibus diuiditur mōtibus: ex quibus ꝑ̄ter aſpectus uoluptatē magna colonis utilitas percipitur. Ex hac nauigātes ſinus excipit lamites frequentibus ībabitatus arabum uicis quos nebateo uocant: hi maiorē ſinus portionem tenēt. Et mediterraneas quaſdā propinquas partes in quibus frequēs eſt populus & ꝑ magna pecoris copia: hi priſcis tēporibus iuſte uiuebant uictu quem armenta præbebant cōtenti. Poſtea uero q̄ alexandrinos mercatores ad ea loca nauigantes ſpoliare prædatoriis nauibus ceperunt imitati eoꝝ qui in ponto ſunt tauroꝝ feritatem triremibus deinde capti meritam poenā dedere. Subeſt deinceps regio campeſtris irrigua: quæ ob frequentes fōtes nutrit gramen meditam & lōgitudine hoīs lotum: propter loci ubertatem nō ſolum infinitus ibi pecoꝝ aliter numerus: ſed ſilueſtres cameli cerui dameq; q̄plures paſcuntur. Magno præterea numero accedūt eo cibi gratia leones ex locis deſertis ac lupi pardaliq;: quibus cum feris pro armentoꝝ tutela paſtores die noctuq; certare coguntur: Ita ſoli illius bonitas incolis diſcriminis cauſam præbet. Natura enim bonis utplurimū quæ hominibus largitur & mala īmiſcet. His campus ſinus quingentoꝝ latitudine ſtadiorum adiacet natura mirabili clauſus pluribus ac magnis ſcopulis perplexuſq; ac exitu difficilis. Saxum longe in mare porrectum nauigantium aditum reditumq; īpedit: tantum fluxus tēpeſtatiſq; tēpore cum fluctus excreuere naues ſupra ſaxum uētorum ui delate tranſeūt. Gentes quæ iuxta ſinum habitant banizomenæ appellate & uenationibus uiuūt: apud quos eſt ſanctiſſimū tēplū quod oēs arabes ſupſtitioſius

celebrãt. Tres proxime his ſunt inſule quæ plures habent portus. Harꝝ primam ſolitariam in qua antiquorꝝ domorum lapidea ſunt fundamẽta itemq columnæ barbaricis litteris inſculte: Ferunt iſidi ſacram: Eodẽ pacto & relique ſunt deſerte cultoribus oleis tamẽ referte a noſtratibus diuerſis. Poſt has īſulas maritima loca ad mille ſtadia abruptis ſcopuliſ plena ſunt. Mare īnauigabile neq portus neq locũ habet in quo anchore figi quæant: ut neceſſe ſit orta tẽpeſtate nauigãtes ſubmergi. Mõs huic mari īminet uertice præcipiti atq alto in cuius radicibus exeſe ſpeluncæ ſunt frequentes aſpereq concauitates. In has frequentibus procellis delata maris profundi tempeſtas ſonum tonitruo ſimilem reddit. Fluctus partim ad magna illiſi ſaxa ſurſum feruntur ſpuma mirabili edita partim a locis concauis abſorbentur maximo edito fragore ac ſtrepitu. Adeo ut eis locis propinquantes eo ſonitu perculſi timore pereant. Hoc littus arabes incolunt nomine Thamudeni. Sequitur ſinus ingens ſparſis in eo īſulis permultis aſpectu ſimili inſulis echinaſiis. Iuxta littus arenæ ſunt prealti cumuli colore nigro longe lateq diſperſi. Deinceps cheroneſus ſubeſt optimum habens oīum portũ qui in hiſtoriis deſcribũtur nomīe charmutha. Nam ſub rupem īmenſam quæ ad zephyrum ſpectat: ſinus eſt non ſolum iocundus aſpectu: ſed utilitate quoq cæteris ſupergreſſus Ei mons īminet amenus cẽtum ſtadiorꝝ ambitu. Ingreſſum habet duorꝝ iugerum portus tranquillus duobuſq millibus patens nauibus irriguus eſt præterea magno flumine in eum fluente. In medio quoq inſulam cõtinet aquis redundantem atq ortis accomodam. Deniq Kartaginenſiũ portui quem dicũt cothonũ uidetur eſſe perſimilis: de cuius utilitate ſuo loco dicetur piſcibus plurimis ad eum ex magno mari tum cibi: tũ aquarꝝ in eum decurrentium dulcedine cõfluentibus eſt refertus. Hæc nauigãtibus loca mõtes quīq diſtantes inuicem prealti apparent uerticem modum ægypti pyramidarum acuto. Sinus eſt deinceps rotundus magnis circundatus promontoriis cuius in diametri medio aſſurgit collis ī modũ menſe ob longus: in quo tria templa ſunt admodum magnifica diis græcis ignotis ſacra magnoq in honore ab incolis habita. Sequitur deinde littus tum fontibus irriguus tum plenus dulcis aquæ riuis. In eo mons ẽ uariis arboribus denſus quem gabinum dicunt. Loca monti cõtigua arabi tenent quos uocant debas. Hi camelos ad omnem uitæ uſum paratos habent: nam in his bellantur his uaria feriunt onera horum lac potant his uitã ducunt. Super his diuerſa perambulant loca: In medio regionis

eorum dicitur eſſe fluuius arena aurea: ex qua incole aurum elicere neſciūt Sinunt autē ab externis: ſed non omnibus auferri: boetiis enī dum taxat & peloponenſiis arenam aſportare licet. Idq; eis herculis beneficio erga ſuam gentem ut a maioribus acceperant olim impenſo in gratiam benefi cii conceſſum. Contiguam eis patriam arabes abilei gaſandiq; habitant: non quidem calore feruidam ut ꝓpinqua loca: ſed mollem & ſpiſſis quā doq; humectam nubibus: qui nimbi ſuo tēpore aduenientes æſtatē fru ctiferam reddunt. Regio ſua natura fertilis habetur: ſed parum colitur hominum īcuria. Aurum e cuniculis nulla arte factis effodiunt: nō quidē quem terra igne liquefactum exprimant: ſed ipſa natura purum quod ab re apyron dicunt. Minutū tamen repitur ut pars minima ſentille ignis maior nucis ſic inſtar regiæ. Illud circa manuum iuncturas ferunt circaq; collum prætioſis lapidibus diſtinctum. Cū auri apud ſit eos copia: æris inopia ac ferri inuicem ea cum mercatoribus permutant. Hos ſequuntur quos uocant carbos. Hos ſabei gens arabum populoſiſſima qui foelicē ara biam incolūt eorūq; apud nos ſunt ꝑtioſiſſima ferētē plurima ac omni pe coris genere apprime copioſam. Odoribus inſuper ſuauibus quos paſſim natura apud eos gignit omnes ferme alias ſuperat nationes. Nam ī mari timis locis Balſamus oritur & caſſia quædāq; herba natura ſingulari quæ recens aſpectu oculos oblectat īueterata ſubito fit debilior pars mediter ranea ſiluas continet amenas in quibus magnæ ſunt turis ac mirræ arbo res: palme inſup arūdines ac cinamomum & alia his odore ſimilia: Neq; enim referri poſſet ſingulorum ſpecies ac natura adeo affluēter multa in eum odorifera natura exaggerauit. Diuina quædā res eſt: & quæ uerba ſuperet ſuauis ad noſtros ſēſus ab eis aſpirās odor. Et ſane lōge quoq; a cōtinēti nauigātes hāc odorum uoluptatem percipiūt. Veris enī tēpore uēti a terra perflātes ab huiuſmodi arboribus odores ad ꝓpinqua maris loca perferūt. Nō enim remiſſam aromata & uetuſtā ueluti apud nos acci dit uim habēt ſed īgentem recētemq; & quæ ad omnes ſēſus perueniat. Aura quidem ex optimis mixta odoribus ad maritima deſcēdens multa ſuauitate nauigātes afficit & cōfert ualitudini. Nam haud quāq̄ ex cōtri to fructu aut in uaſe recondito aer manat odoriferus: ſed a patria arbori buſq; quibus id diuina quadam natura īeſt. Vt qui odores hos ſentiunt ambroſiam quam narrāt fabulæ tāta enim odorum excellētia nullum ſibi nomē īuenit aptius eſſe putēt. Nō tamē puram ſimplicemque & abſque īuidia foelicitatē fortuna his hominibus largita eſt: ſed tātis dolis plura

immiſcuit mala profecto admonens perpetuis bonis deos a nobis ſolere contēni: Nam apud odoriferas ſiluas ſerpentū infeſta multitudo uerſa tur colore rubicundo lōgitudine palmi qui proſilientes in homines leta li occidunt morſu. Singulare quid incolis accidit lōgo debilibus morbo. Nam longa uexati egritudine cum natura debilis adeoq exhauſta eſt ut recreari nequeāt ex aſfalto hyrciq barba uapores faciūt quo malus odor boni īmenſiq uirtutem contundat: bona enī menſura & modo ſumpto hominibus proſunt & afferunt uoluptatem temere & caſu īutile reddun tur. Huius gentis metropolis eſt: quam ſaba appellant ſupra montē ſita. Reges habet ex generis ſucceſſiōe eos quibus multitudo honores diſtri buit bonis maliſq īmixtos. Beatam nanq uitam habere uidentur q reli quis īperantes rationē ab ſe geſtorum minime coguntur reddere. Infoelicē uero q nunq regiā exire queunt. Nam ſi palam prodirēt: a turba homi num lapidibus ueteri quodā deorum reſponſo obruerentur. Hæc natio nō ſolum propinquis barbaris: ſed cæteris hominibus ditior atq opulētior habetur. Nam in mercaturarum cōmertio ex parui ponderis re plurimum prætii a mercatoribus ex rerum cōmutatione capiunt. Ideoq cū nullā unq calamitatē ea gens ſit experte: auri aūt argentiq copia præſertim. Sabe ubi regia eſt ſuperſit toreumata argētea aureaq omnis generis poculorum habent lectos inſuper tripodaſq argenteis pedibus: cæterāq ſupellecti lem ultra fidem ſumptuoſam. Magnis quoq colūnis porticus fulciūtur quarum capita tū argentea tum aurea exiſtunt: laquearia uero ac porte au reis fialis prætioſis lapidibus intermixtis totius domus ſumptuoſiſſimū ornatum oſtendunt. Alia enī auro: alia argento: quædā lapidibus ſplen dent. Nōnulla tum elephantorum dentibus ſunt exculta tum multis præ terea rebus aliis quæ plurimi apud homines extimantur. Et hi ſane mul tis ſeculis perpetuā habuere foelicitatē. Abfuit enī ab eis penitus quod multos īpræceps dedit ambitio per auaritiam aliena poſſidēdi. Horum ma re albo colore eſſe uidetur: quod cū mirabile ſit: eius rei cauſā quærendæ dedit. Inſule ſunt foelices propinq quarum urbes meniis carent. Pecora in eis omnino alba cornua foeminis natura deſunt. Ad has mercatores com meant undiq: ſed maxime ad potanā quam alexander iuxta indi flūinis oſtium cōdidit. Locum in oceano littore nauibus recipiendis aptum. Et hæc hactenus. Nunc illa quæ in eis locis miranda in cælo uidentur non ommittenda: ſed precipua admiratione uidētur digna: q de arcto ſcribū tur multūq dubii afferunt nauigantibus. A menſe enī martio nullū eorum

ſeptem quæ circa arctum ſunt aſtra uſq; ad primā uigiliā uideri dicunt. Maior aūt uſq; ad ſecundam pauloq; poſt parum aſpici a nauigantibus: at qui planete appellātur nō aſpici omnino. Alioꝝ aūt quedā maiora noſtris uideri quædā diſſimili ortu atq; occaſu. Solē nō tāq̄ apud nos paulo ante ortum iubar emittere ſed adhuc nocte obſcura ſubito apparere lucētem. Ideo nunq̄ diem ī eis locis priuſq̄ ſol uideatur oriri: quem ex medio pelagi tradunt ſurgere īcenſis carbonibus ſimilē radioſq; ꝑ magnos procul afferre: Forma autem apparere nō rotunda quemadmodum apud nos: ſed columne ſimili paulum ab ſumo capite luculentiorem aſpectum babēte. Præterea neque ſplendorem neque radios uſque ad primam horam præbere: ſed uelut ignem abſque luce in umbra uideri. Secunda hora ueluti clipeum fieri: Lumenq; præbere cōtinuum & ſupra modum feruentem. Circa occaſum ecōuerſo cōtingit. Nam uidetur aſpectu orbem nouis radiis illuminare horis duabus. Et ut agatharchides gnidius tradit tribus. Hoc uero tēpus incolis piocundū: Iam diminuto uergente ī occaſum ſolis æſtu zephyrus & libycus & euri uēti apud eos ſicut & apud alios ſpirāt. Noti uero apud æthiopiā neque uigent neque noti exiſtūt Apud arabes ac troglo ditas adeo cali di ſupra modum regnant ut & exurant herbas: & ad umbras quoq; cōfugientium debilitēt corpora. At boreas merito optimus exitmatur: cū ſit ubique terraꝝ frigidus: Nunc ad libyos ægypto ꝓpinquos & proximas eis regiones tranſeamus. Circa ſirenem ac ſyrtes oraſque me literraneas quattuor libyoꝝ inhabitāt genera: quorū Naſamones dicuntur qui ad notum uergunt. Alii anochite ad occidentem ſiti. Quidam marmaride inter ægyptum & cirenē habitant ac littoris partem. Quartum genus multitudine præſtās hoīum appellantur mace: qui circa ſyrtes habitātes ſoli īter cæteros libyos agros uberes fructu colunt iumentoꝝ: ex quibus nutriūtur diligentē curam hēnt. Hæ ambæ nationes regibus parēt uitā non omnino agreſtem agentes: neq; ab humanitate alienam. Tertii neque ullis ſubſūt regibus neq; ullā latrociniis ſemper intenti iuſtitiam norūt. Rapientes enī quæ prima ex deſerto caſu occurrant confeſtim ad ſua loca redeūt. Hi omnes libyi uita ſilueſtri ſub diuo habitāt. Victu feraꝝ more cōtenti nil domeſticū edūt. Nullis ueſtibus præterq̄ capraꝝ pellibus tegunt corpora: potētiores inter eos nullas habent ciuitates: ſed turres aquis proximas condentes ī eis quæ uſui ſuperſunt. Subditos populos ſingulis annis adurant ut principi pareant, obtemperantes ut ſocios diligunt. Imperium abnuentes ut

latrones pſequuntur. Arma ſunt eoꝝ & regioni & moribus cōgrua. Nā
cum ſint corporibus leues patria uero utplurimū plana neq; enſe neq;
gladiis neq; aliis armis utuntur ĩ bello. Tris tantū ferūt haſtas lapideſq;
in uaſis ex corio factis delatos: cum his certantes tum in cōgreſſu tū etiā
abeundo primo ferire hoſtē conantur ad curſum & lapides recte iacien
dos longo uſu edocti: erga externos nullū ius nullā omnino fidē ſeruāt.
Regio cireni proxima cāpeſtris eſt nō frugibus ſolum' ſed uineis oleoq;
& paſcuis utilis. Sunt inſup flumina non parum incolis utilia. Quæ ue
ro ad notum uergit deſerto cincta infructuoſa eſt: utpote aquis carēs aſ
pectum habet mari ſimilem. Huic deſertum ingens ſterileq; adiacet trā
ſitu per difficili. Ita neq; aues ĩ ea neq; quadrupedia præter damas & bo
ues cōſpiciuntur. Loca mediterranea arenaꝝ cumulis referta quo plus ui
tæ neceſſariis carent eo uariis magniſq; ſerpentibus his præſertim quos
ceraſtis uocant: quoꝝ morſus letales habentur ſunt fertiliora. Hi colorē
arene ſimilem habēt. Qua ex re a paucis internoſcuntur ita coloris erro
re ſeducti quidam pedibus illos cōculcantes uitæ piculum adeunt. Ferūt
hos quondā ſerpentes in ægyptum tranſmigrantes plures uicinas regio
nes inhabitabiles reddidiſſe. Mirabile uero quippiā in eis oris & ea quæ
eſt circa ſirtes libya contingit. Nam quandoq; & maxime quieto a uētis
tēpore apparent in aere diuerſoꝝ animātium forme: quaꝝ quædam qui
eſcunt: quædam mouentur. Et hæc aliquādo fugiunt aliquādo inſequū
tur: ſed omnes magnitudine eximia ſtuporē timoremq; inſciis præbent
Nam quæ homines inſequuntur: compræhenſum frigido circundant cō
tactu. Externi quidem utpote eius rei inſueti exterrentur. Ab incolis ex
aſſuetudine ſpernuntur. Quoniam res uidetur miranda & fictæ fabulæ
pſimilis: phiſici quidam eius rei conati ſunt rationē reddere. Aiunt enī
uentos ĩ ea regione aut oĩo nō ſpirare aut penitus debiles eſſe & remiſſos
Aerem uero perſepe quoniā neq; cōualles neq; abrupti ſpecus aut antra
neq; alticolles aut magna flumina in eis ſunt locis eſſe ĩmobilem & quie
tum. Deniq; oēs uicinas regiones ſteriles & abſq; fructu nullos uapores
quibus uentus excitetur gignere. In aere igitur denſo atq; ottuſo: quēad
modum eſtiuo tempore in nubibus aliquando ſolet diuerſe animantium
ſpecies licet uidere formam illis aere quē leues & tenues aure quandoq;
mouent: præbente. Eas poſtmodum moto paulum aere ad terrā ĩpulſas
forma tradunt: quā caſu ſumpſerunt cadere: ei quæ in quem forte incide
rint herere: quarum in unam partem magiſq̄ ĩ aliam motus nulla in illis

electio eſſe uidetur. Nam in re inanimata nõ eſt aut appetitio aut uoluntas: ſed animantia quibus herent occulte cauſam motus præbent. Nam procedentium animantium motu anterior aer ĩpulſus imaginẽ præcedẽtem mouet: ut fugere uideatur: ſimiliter ſequens indolũ ex motu aeris ad progreſſum animantis præcedentis tractum ſequi uidetur animal quod præcedit. Quod ſi ſe uerterit aut firmũ ſteterit idolum ſimili modo a motu ceſſat. Cum uero in animal ĩciderit: diſſoluitur frigore quodam circa corpus relicto. Supereſt nũc ut de his amazonibus ſcribamus: quas priſcis temporibus in libya ferunt extitiſſe. Plures enĩ exiſtimant eas ſolas fuiſſe: quæ circa flumen thermodonta in ponto regnarunt. Verum non recte ſentiũt. Multis enĩ antæa ſeculis libyce fuere: a quibus multa geſta accepimus memoratu digna. Neq; uero ignoramus harum hiſtoriã non nullos haud ueram exiſtimaturos. Nam cũ ea natio multis ante troianũ bellum ſeculis omnino deleta ſit: amazones aũt quæ circa Thermodõda habitarũt multo poſt tempore extiterint: ſimile ueri eſt eas quæ poſtea notiores fuere ſuperiorꝶ quarũ iam euanuerat fama nomẽ & gloriã præſertim apud temporum inſcios obſcuraſſe. Verum cum legerimus plures antiquos tum poetas tum rerum ſcriptores eoſq; qui poſtmodum fuere illarum memoriã poſteris reliquiſſe: conabimur & nos quoq; paucis ipſarum facta litteris mandare. Rerum ſerie a Dionyſio qui argonautarꝶ dionyſiiq; ac nõnulla alia priſcorum geſta deſcripſit aſſumpta. Plures mulierum nationes in libya fuiſſe traduntur pugnaces ac ualide uiribus. Nam gorgonũ gens fuit aduerſus quas perſeus haud paruo certamine bellum geſſiſſe fertur uir fortitudĩe eximia iouiſq; filius & græcorꝶ ſue etatis optimus. Earum mulierum uirtus & potẽtia uel maxime licet cõſpici: ſi quis quæ de illarum præſtantia ſcribuntur cum noſtri temporis mulieribus cõferat. Aſſerunt ſitas eſſe occidentem uerſus in extremis orbis finibus nõ eadem quã noſtre uita ducant. Nam mos eſt illis certo tẽpore bellicis ad ſeruandam uirginitatem rebus exercitari. Tranſactis militiæ ãnis uiris coniungi prolis gratia. Has ſolas & principari & publici obire munera. Viros noſtarum foeminarũ inſtar domeſtice rei curã habere tum ot temperãtes foeminis tum militiæ principatuſq; ac omnis rei. p. expertes poſt partum nati infãtes dãtur uiris quos lacte nutriant: aliiſq; rebus pro ut etas poſcit. Foeminis mamillas ne creſcãt: urunt aſſerẽtes impedimento eas ad bellãdum eſſe. Vnde a græcis eo ꝙ mammiſ careãt amazones appellãtur. Aſſerunt habitare illas inſulã heſperã quia ad occaſum

ſita ſit uocitatā. Eam uero eſſe in tritonidis palude quæ proxima oceano a flumine quod in eam defluit tritonia appelletur. Hāc paludē æthiopie ferunt cōterminā monticꝙ qui eſt iuxta oceanū maximus oīum qui in eis ſunt locis & mari īminens a græcis athlanta dictus. Hanc inſulā per magnam eſſe uariiſꝙ arborum fructibus ex quibus incole uiuant uberem ferunt: eſſe & in ea multos tum caprarum tum pecudum greges: quorum lacte & carnibus ueſcuntur. Frumento penitus carent illius uſu incolis noto. He amazones corpore ualide auideꝙ belli primum omnes īſule uicos præter unum icthiophagi æthiopes habitāt menes nominatū quem ſacrum arbitrantur expugnarunt. Solis æſtu admodum inſula feruet ferēs prætioſos lapides permultos: quoꝝ hos græci carbunculos alios ſardonicos quoſdā ſmaragdos uocant. Deinceps plures libye propinquas ſubegerunt gentes urbēꝙ præclarā infra tritonidis ſtagnum: quam a forma cheroneſſum appellant īpoteſtatem redegere: Ex hac ꝓfecte plures orbis partes peragrarunt. Sed primi athlātidæ bello appetiti cæteris eaꝝ partium humaniores: qui patriam īcolentes foelicem magnas urbes tenebant. Ab his deorum genus prout græci de oceano ſcribunt prodiſſe ferunt: de quibus paulopoſt dicemus. Traditur amazonū reginā noīe Myrinam exercitum triginta millium peditum duū millium equitum confeciſſe maxima ſpe uictoriæ in equitibus poſita. Tegmenta corpoꝝ pro armis habuere ſerpentum magnorum coria: quorum & quidem præter fidem ingentium copia in libya ſupereſt. Vtebantur longis enſibus haſta & arcu quo non ſolum exaduerſū pugnantes uulnerabāt: ſed fugiendo feriebant inſequentes. Cum athlantidū patriā ꝑuaſiſſent quam Cercenē uocant incolentes acie ſuperata uictos inſequentes una cum eis portas ingreſſe urbem cepere. Vt aūt terrorem formidinēꝙ cæteris iniicerēt inſolenter uictoria abuſe occiſis oībus uſꝙ ad pubertatem uiris pueros foeminaſꝙ euerſa ciuitate in ſeruitutē adegerunt. Qua calamitate apud finitimos uulgata athlantides aiunt timore territos ad eas miſiſſe pollicitos tradituros ſe illis ciuitates atꝙ īꝑata facturos. Regina cū ipſos benigne audiuiſſet amicitia cū eis ſtatuta ciuitatē ſui nominis euerſe loco condidit inꝙ ea tum captiuos tum finitimaꝝ partium uoluntarios accolas collocauit. Deīde dona magnifica cōi athlātidū decreto data honoreſꝙ eximie īpenſos inito cū eis federe cepit. Pollicita ſe genti eoꝝ ſatis eſſe facturā. Verū gorgonidū quæ gens finitima erat armis ſæpius athlātibus laceſſitis ferunt Mirinam gratia præcibuſꝙ eoꝝ impulſam exercitum contra

gorgonidas duxiſſe. Quo oppoſitis copiis inito certamine ſuperate magna ex parte occubuerunt. Viue ad tria millia capte: Reliquis in loca ſilueſtria confugientibus conatā Myrinā ſcribunt ſiluas ut eaꝝ genus deleret incendere uoluiſſe. Verum cum id nequiſſet ad montes ꝓpinquos trāſiit. Amazonibus negligenter ut in uictoria ſolet uigilias ſeruantibus captiue eductis dormiētium enſibus multas interemerunt. Tandē excitate amazones armis captis acriter pugnantes oēs occiderunt. Mortuas amazones Mirina tribus magnis aggeribus ſepeliuit qui huc uſqꝫ amazonū cumuli appellātur. Gorgonidas deinde tradunt cū uires auxiſſent iteꝝ a pſeo iouis filio expugnatas cū eaꝝ eſſet regina Meduſa poſtremo ab hercule & eas & amazonū gentē quo tempore ad occiduas partes tranſiens colūnam in libya poſuit: fuiſſe deletas rem indignā exiſtimante cum pro cōmuni ſalute hoīum pugnaret aliquibus gētibus foeminas imperare. Legitur quoqꝫ tritonidam paludē terremotu his apertis locis quæ ad oceanum uergebāt deſiccatā eſſe. Mirina plurima libye parte peragrata cum in ægyptū trāſmeaſſet. Cum oro iſidis filio qui ægyptiis īperabat amicitia firmata arabiam bello petiit. Vbi multis interfectis in ſyriā tranſiit. Qua ſubacta cilices ei cū donis obuios pollicitoſqꝫ īperata facturos liberos eſſe quoniā ei u'tro occurriſſēt: iuſſit. Qua ex re nunc etiā liberi cilices uocantur. Subiecit quoqꝫ eas quæ circa taurum ſunt nationes q̄uis uiribus potentes. Tum per frigiā ad magnū mare cum deſcēdiſſet regionem maritimā tranſgreſſa Caicum flumen ſtatuit militiæ finem prouintiæ uero quæ Doryctica dicitur loca oportuniora condendis urbibus eligens plures in ea ciuitates unam ſui nominis alias magnorum ducum appellatiōe edificauit Ninam Cimem Pytanem Pyrneam. His uixta mare ſitis urbibus cæteras perplures in mediterraneis poſuit locis. Inſulas īſuper nōnullas impoteſtatem redegit: ſed leſbum præcipue in qua urbem cōdidit mitilenem ſororis quæ cū ea militabat nomine deinceps cū quaſdam alias ſibi ſubdidiſſet inſulas tēpeſtate cohorta cum uotū matri deorum pro ſalute feceſſet ad unam ex his ſolitariam profecta iuxta quoddā in ſomnium ei deæ inſulam ſacrauit. Erectaqꝫ ara ſacra ſolemnia celebrauit Nominaſſe inſulā ferunt Samotracem qꝫ a græcis ſacra inſula interpretatur. Quidā hiſtorici tradūt eam primum appellatam Samum ab incolis poſtea tracibus Samothracem cognominatā. Alii amazonibus in epirum aduentātibus ferunt deoꝝ matrē hac oblectatam inſula & alios quoſdam in eam & filios quos Coribantas dicunt traduxiſſe. Quis uero

eorum extiterit pater in archanis ſacroꝝ traditur. Monſtraſſe quoq; ea fertur q̄ nunc ī ea ſeruātur myſteria: tēplumq; aſylum ſtatuiſſe. Per hæc tēpora Mopſus thrax a lygurgo rege thracia pulſus amazonū gentē coacto exercitu peruaſit: Cui Sypilus ſcytha auxilio affuit antæa ab ſcythis thracie finitis expulſus. Prælio inter eos amazonaſq; cōmiſſo Mopſi Sypiliq; res ſuperior fuit. Mirina cum pluribus aliis īterempta: poſtea cum ſæpius a thracibus acie ſuperarentur: tandem quæ ſuperfuerant amazones in libyam reuertere. Ibiq; eaꝝ militiæ finis aut aiunt fuit. Poſtea uero q̄ athlantum meminimus haud ab re erit deorum genus qui ab his ꝓdiſſe referunt: cū & græci parū ab his diſſentiāt recenſere. Athlantides ut accepimus loca propinqua oceano & quidē foelicia incolentes: tum pietatis: tum erga aduenas humanitatis præ cæteris finitimis gentibus laudem tulerunt. Ab his deoꝝ genus manaſſe tradunt: quibus aſſentitur p̄ſtantiſſimus græcoꝝ poeta Iunonē oceanum deoꝝ patrē & matrem Tetim appellantē introducens. Scribunt aūt primū regnaſſe apud eos Cælum hominesq; antæa per agros diſperſos ad cetum condendaſq; urbes exortatum a fera eos agreſtiq; uita ad mitiorē cultum traduxiſſe. Aſſuefeciſſe inſuper domeſticos fructus ſerere aliaq; permulta ad cōmunem uitæ uſum ſpectantia edocuiſſe. Tenuiſſe quoq; magnā orbis partē maximeq; loca ad occidentem atq; ad ſeptentrionem ſita. Aſtroꝝ quoq; diligens extitit obſeruator multa hominibus futura prædicens. Annum etiā confuſum antæa a ſolis menſes uero a lunæ motu deſcripſit: ſingulaq; anni deſignauit tēpora. Qua ex re multi ignorantes aſtroꝝ ordinem ſempiternum: admirati aūt futurorum prædictionem arbitrati ſunt eorum auctorem naturæ diuinæ participem: poſt eius obitum tum ex eius beneficentia tum aſtrorum notitia immortales honores adeptus eſt. Hoc autē conſtat illum nomen hoc ſortitum eſſe ob aſtrorum occaſus ortuſq; multarumq; rerum peritiam: tum uero propter honores beneficiis ſuis īpenſos: tum & ipſum regem ſempiternum omnium appellarunt. Cælum ex pluribus uxoribus ſuſcepiſſe ferunt filios quinq; & quadraginta: horum decem & ſeptem ex Titea ortos proprio nomine ſingulos. communi autem omnes a matre appellauit Titanas. Titeam uero prudentia præditam cum plurimum mortalibus profuiſſet: ab eis poſt obitum deificatam terramq; eſſe cognominatam: Genuit quoq; filias: quarum due regina uidelicet & rhea quā pandorā dixere ſupiores etate cæteris euaſerūt clariores. Ex his regina prior annis prudentiaq; & uirtute reliquis p̄ſtātior in

gratiā matris fratres oēs educauit:eoq; magnam aiūt matrem appellatā poſtea uero q̄ pater poſt obitum ad deos tranſiit cōi populo℞ fratrūq; conſenſu regnum adhuc uirgo cepit cū nulli antæa nupſiſſet poſtmodū cupiens filios linquere ſucceſſores regni unum ex fratribus Iperionem ui rum ſumpſit. Ex quo duos peperit liberos ſolem & lunā. Quo℞ formā prudentiamq; admirantibus ſingulis tradunt frēs prolis inuidia motos ueritoſq; nequando imperium ad Iperiona perueniret ſceleſto facinore: Excogitato fratrem cōmuni conſilio ottruncaſſe. Solem adhuc puerum in flumen Eridamum piectum ſuffocatum eſſe. Qua reuulgata luna præter modum fratrem diligens. Ex tecto ſe præcipitauit. Matri quærenti iuſtum flumē corpus cū in ſōnum īcidiſſet. Viſum ei per ſōnium eſt a ſole ſe conſolari: rogareq; ne lugeret natorum mortem: nam homicide meritum eſſent ſupplicium paſſuri. Se uero ac ſororem quadam dei prouidētia futuros immortales: nam ignem cæli ſacrum antæa uocatum ſolē ab hominibus appellandum fore. Quæ uero mena prius dicebatur lunam A ſomno expreƈta cum omnibus tum ſōnium: tum infortunium ſuū narraſſet filios ut deos coluit ipſa innupta uiuens poſtmodum in inſaniā uerſa filie cymbala tympanaq; quotiens edito ſonitu ſparſis crinibus per patriam errabat. Quo aſpectu miſero obſtupebāt homines: Cum uero ſinguli eius odori miſererentur quidam corpus ſuſtinerent maximo imbre coborto continuoq; fulminum caſu reginā aiunt diſparuiſſe. Qua re admiratus populus ſolis lunæq; nomen ad aſtra tranſtulit matrē & deam exiſtimauit & erecta ara cimbalis ac tympanis cæteriſq; rebus illius geſta imitatus ſacra illi & deo℞ honores inſtituit. Huius deæ in phrigia origo extitiſſe traditur. Aſſerunt enī incole phrigiæ libyæq; regē priſcū fuiſſe Menoē: qui uxorē duxerit dindimenē. Ex ea natā foeminā cum nutrire nollent in montem cibelum nomine abſe expoſitā diuina quadam ſorte pardali aliæq; fere lacte uberibus præbito nutrierunt. Hanc mulier quædam pecora paſcens cum uidiſſet: facto ſtupens infantem tulit: atq; a loco cibelem nominauit. Aucta etate pulchritudine prudētiaq;: Excellens mirabili ingenio fuit. Nam & fiſtulam pluribus calamis compactam & ad luſum choreaſq;. cimbalum tympanumq; prior adinuenit. Præterea pecorum puerorumque morbis remedia introduxit. Itaque tū ꝓpter īfantes quibus uerbo℞ medicaminibus ſalutē præbuit. Tū quia plurimos uelut in ſinu fouit: tū etiā propter diligentiā amorēque ſingulis ꝓſtitā matrē ab omnibus dictā ferūt. Amicitiā quoque eius appetiſſe Marſiā phrigē

ingenio prudentiaq; mirabili. Coniecturam ingenii ſum ū̄t q̄ uocis ſonū multiplicis fiſtule imitatus ad tibias eam armoniam traduxit: prudentie q̄ uſq; ad extremum uitæ finem celebs uixit. Cibeles prouecta etate adoleſcentem quendam eius regionis Attim nomine dilexit: quem poſtmodum dixerunt papam. Cum eo clam coiens grauida facta eſt. Quod ut parentes norunt in regiā accitam ut uirginem pater ſuſcepit. Noto filiæ peccato & Attim & nutrices interfici iuſſit atq; inſepultos abiici. Cibelē tum attis amore tum dolore nutritū perculſam in ſaniam effectam in publicum prodiſſe ferunt pſallentemq; cum tympano ſolam uniuerſam patriam ſparſis capillis deambulaſſe. Huius marſias miſertus ſponteq; illā aſſecutus una pererrauit priſtine amicitiæ memor. Cum ad dionyſium ī niſam urbem ueniſſent inuenere Apollinem magna exiſtimatione habitum q̄ primus diceretur citharam repperiſſe. Orta inter eos artis contētione niſeos iudices inſtituerunt. Apollo primū cithara ſimplici uſus eſt Marſias uero tibiit. Quibus admodū ut re noua audientes ob ſtupure. Eo in certamine ſoni ſuauitate appollinem uiſus eſt ſupaſſe. Ambo aſtātibus iudicibus cum artem quilibet ſuam præferret. Apollo modulationem cantus ad cithare ſuauitatem adiecit. Qua ꝑpter tibiæ ſonū uiſus ē excedere. Quod marſias egre ferens audientes monuit minime ſe uictū eſſe. Non enim uocis ſed artis comparationem fieri oportere: ſecundum quam armonia ac ſuauitas tum cithare tum tibiarum eſſet exquirēda. Iniquum præterea eſſe duas ſimul artes uni conferri. Tunc apollo reſpōdiſſe fertur ſe nihilo plus ad ſonum q̄ Marſiam adhibere: nam & ille quoq; ore uteretur cum tibias inflaret. Oportere igitur aut ambobus idem licere aut neutrum ore ſed manibus oſtendere ſuæ artis modulationem. Cū uideretur iudicibus equiora apollinem poſtulare artibus iterꝫ cōparatis aiunt denuo Marſiam eſſe uictum: Apollinem uero ea contentione exaſperatum uiuum Marſiā excoriaſſe. Verum extemplo penitentia ductus egre quod egerat ferens proiectis cithare cordis inuentam ab ſe armoniam deleuit. Ad hāc poſtmodum muſæ mediam linus quam lichanon orpheus & Tamyrus quā hypaten ac parhypaten muſici dicūt addiderūt. Apollinem ferunt cithara tibiiſq; in antro dionyſii poſitis cibelis amore captum cum ea uſq; ad hyperboreos erraſſe. Cum phriges morbus opprimeret terra nullos præberet fructus ſciſcitātes deum maloꝝ remedia oraculo præcepum eſt ut & attis corpus ſepelirent & cibelem uenerarētur ut deam. Non repto Attis quod tēpus abſūpſerat corpore phriges

imaginē adoleſcentis circa quam planctu ac lamentis ſacra inibant fecere iram inique mortui mitigantes. Quæ conſuetudo penes phriges uſque ad hæc tempora permāſit. Cibeli uero ara erecta annis ſingulis ſacrifica bant. Poſtmodum ī peſſinunte oppido phrigie ſumptuoſe cōſtructo tem plo honores illi ſacraq; ſolemnia cōſtituerunt. Mida rege ad ea plurima conferente poſiti erant circa deæ ſtatuā pardali ac leones a quibus olim eſſet enutrita. Hæc de cibele deoꝝ matre apud phriges deq; athlātibus qui circa oceanum regnarunt traduntur. Poſt iperionis interitū aſſerunt cæli filios imperium diuiſiſſe ex eis fuiſſe athlantem & ſaturnum nobilio res. Athlanti loca ad oceanum poſita ſorte euenerūt: qui & populos ſuo nomine & maximū ꝓpe oceanū montiū appellauit athlantē: ferunt ipſū aſtrologie fuiſſe pitiſſimū deq; ſpera primū īter homines diſputaſſe qua ex re uiſus eſt orbē ſuis humeris ſuſtinere locū p̄bente fabulis ſpere īuē tione. Hunc aiunt plures ſubſtuliſſe filios: ſed unū pietate ac in ſubditos iuſtitia humanitateq; inſignē quē heſperū appellant. Qui cū in athlan tis montis cacumen ad ſeruandos aſtroꝝ curſus aſcendiſſet ſubito a uētis arreptus nequaq̄ amplius uiſus eſt. Ob eius uirtutē caſum hunc miſerata plebs honores ſibi præbens īmortales aſtrū celeſte luci diſſimū eius noīe uocauit. Fuerunt inſup athlanti filiæ ſeptē a matris nomine athlantides uocate q̄uis cuiuſlibet ꝓprium nomen eſſet. Vt maia. Electra. Taygetes Aſteropes: Meropes: Alciones: Celeno: Has tradunt tū ab heroibus: tū ab diis cognitas & deos ꝓpter uirtutē & eos quos heroas dixerūt ueluti pricipes generis hominū peperiſſe. Veluti prior etate maia ex ioue mer curium genuit multaꝝ reꝝ apud hoīes reptorē. Eodē modo & relique athlantides ſingule filios ediderunt præſtāti uirtute: quorum hi quidem gentium hi urbium conditores extiterunt. Itaq; non ſolū barbari quidā ſed etiam græcoꝝ plurimi priſcoꝝ heroum genus ad iſtas rettulerunt. Quas cū prudentes fuiſſe conſtat: tum poſt obitū honores deoꝝ īmor talium adeptas pliadū appellationē cepiſſe. Nymphæ quoq; dictæ ſunt quoniam cōmuni uerbo mulieres omnes nymphas incolæ appellant. Sa turnum athlātis fratrem aiunt præcipua impietate auaritiaq; præditum uxorē cæpiſſe ſororem rheam: Ex qua ortus eſt iupiter olympus poſtea uocatus. Fuit & alter iupiter cæli frater qui in creta īſula regnauit multo gloria inferior poſterior. hic enim imperauit orbi. Supior cretæ tantum Genuitq; filios decem: qui curetes ſunt appellati. Inſulam quoq; ab uxo re ideam uocauit. Ibiq; poſt obitū ſepultus eſt. Cuius & hodie mōſtrari

ſepulchrum ferunt: prout etiam teſtãtur cretẽs: de quibus poſterius re ferernus. Regnauit ſaturnus in ſicilia libya ac etiam italia: ſed præcipue ĩ locis ad heſperũ ſitis eius ĩperii firmamentũ fuit. Apud oẽs uero artes urbium & loca munitiora tenuit: quo firmiuſ ĩperiũ foret. Eo ad hoc uſq; tempus & in ſicilia & in occiduis oris ediciora loca ſaturnia dicta ſunt. Ex ſaturno Iupiter ortus quoniã diuerſa a patre uitæ ĩſtitutione erga ſingu los manſuetudine atq; humanitate uſus eſt: a populo pater eſt nomina tus. Regnum is deinde cæpit partim concedente patre partim populis ab eo p odiũ deſciſtentibus. Ad uerſus quẽ cum ſaturnus titanum præſi dio fiſus pugnaſſet acie uictus eſt. Iupiter ſuperior ĩperium aſſecutus uni uerſum orbem per ambulauit plurimum de genere hoĩum meritus. Viri bus corporis uirtutibuſq; excellens breui totius orbis ĩperio potitus eſt. Omne eius ſtudium ĩpuniendis impiis facinoroſiſq; hominibus ac in bo noꝝ præmiis cõmuniq; populoꝝ utilitate uerſabatur. Quibus rebus poſt uitæ finẽ iouem dixere: eo q; beneuiuendi cauſa hominibus extitiſ ſet. Creditus uero deus in orbe eſt ab his de quibus bene erat meritus. Sponte illum omnibus & deum & dominũ in ſempiternum uniuerſi or bis profitentibus. Quoniam in his quæ de rebus ægypti a nobis relata ſunt Dionyſii genus geſtaq; tetigimus: æquum uidetur: ut quæ de hoc a græcis deo ſcribuntur litteris mandemus. Verum cum priſci rerũ ſcrip tores poetæq; qui de dionyſio. Mirãda quædã litteris tradidere de eius genere ac geſtis diſſentiunt difficile uidetur uerũ in his rebus exquirere Nam hi quidem unicum Dionyſium reliqui tres ſcribũt fuiſſe. Sunt qui eius genus nequaq̃ mortalibus fluxiſſe dicant. Exiſtimentq; illum uini ex titiſſe auctorem. Sed nos quæ de eo feruntur paucis tranſigemus. Natu rales qui de hoc deo locuntur uiniq; eũ reptorem putant: terrã aiunt una cũ cæteris plantis ſua ſpõte uites tuliſſe nõ ab aliquo principio ſatas. Hu ius rei coniecturam ſũmunt: q; nunc quoq; in quibuſdã ſilueſtribus locis naſcantur uites: fructumq; ueluti reliquæ arte hoĩum cultæ ferant. Duas dionyſio matres priſci fuiſſe arbitrantur. Vnam & eam priorem generis quando uitis in terram poſita augumentum capit: ſecunda quando race mos producit. Itaq; altera huius dei ex terra altera ex uitis fructu fertur generatio. Sunt qui & tertiam generationẽ ipſi attribuãt: ex ioue & cere re genitum ferentes a mortalibuſq; diſſipatum ac decoctum rurſus a cere re membris cõpoſitis iuuenem factum reuixiſſe. Quæ omnia ad natura les traducunt rationes. Iouis enim & cereris filium ob eam cauſã tradunt

quoniam uites ex terra & pluuia nutritæ producant racemos: ex quibus ninum exprimatur. Ab hominibus uero diſperſũ: eo quod agricolæ fru ctum auferant: terramq; homines cererem putent membra eius decocta: quoniam plures uinum decoquant tãq̃ melius ac ſuauiuſ futurum. A mor talibus uero membra diſperſa iterum in ordinem redacta terram oſtẽdit certo ãni tempore acta uindemia denuo nouos fructus proferre. Deniq; ab antiquis poetis ſcriptoribuſq; traditur cererem fuiſſe terrã matrẽ ap pellatã. Eadem quoq; & orphei tradũt poemata & in cerimoniis ĩ tradu cũtur de quibus haud quaq̃ fas eſt inſcios loqui. Eodem modo ex ſemele ortũ ad naturale principium deducũt aſſerentes. Thionem ab antiquis: terram fuiſſe nominatum. Semelem eo ꝙ honeſta ſit eius dei cura & ho nor. Thionem uero a ſacris ei impenſis uocatum. Bis ex ioue natum tra dunt: quoniam uites deucalionis tempore una cum cæteris arboribus di luuio ſint abſũptæ. Deinde iterum exortæ: ueluti hæc ſecunda extiterit dei apud homines procreatio. Q ua ex iouis femore natũ denuo hũc de um ſcribunt. Q ui igitur uini repertorem dionyſiũ uolũt huiuſmodi fa bulas ſcripſere. Q ui uero hũc humano corpore deũ perhibent fuiſſe ea dem tradũt: & uites eũ & uini uſũ ad inueniſſe. Vtrũ dionyſii plures fue rint incertũ eſt. Q uidam unũ extitiſſe uolunt qui & uinũ reperit & ar borũ: fructus uniuerſũq; peragrarit orbem. Initiationeſq; ac cerimonias & bacchanalia introduxerit. Alii tres ut diximus diuerſo tempore fuiſſe ſcribũt propriis cuiq; geſtis attributis: priorẽ ĩdũ uolũt extitiſſe terraq; ſua ſponte ob ſoli fertilitatem uites ferente ex uua uinũ elicere ficus cæte roꝝ q; arboꝝ curam. Et hoꝝ inſuper comedendoꝝ uſum edocuiſſe eũdẽ quoniam indorum ſit moris per omnem uitam barbam nutrire barbatũ cognominauerũt. Hic orbem cum exercitu perambulans & uitem planta re & ex racemis uinũ torculari ex quo ipſũ leneum appellant educere mõ ſtrauit. Plura inſuper ad hominũ uſum ab eo ad inuenta cauſam ut poſt mortem pro deo coleretur: Præbuere oſtendi quoq; etiam nũc apud in dos aiũt & locum: in quo ſit ortus dionyſius: & urbes eius nomine ab in colis appellatas. Multaq; præterea alia extare: quæ longum eſſet ſcribe re ueſtigia illum apud indos natum teſtantia. Secundum ferunt ex Ioue genitum ꝓſerpina ut alii ſentiunt ex cerere: quem tradunt tum primũ boues ad aratꝝ iunxiſſe: cum terra prius manibus hominum coleretur: multaq; alia iſtrumenta repperiſſe agrorum culturæ accomodata. Q uo minori labore ruſtici opus facerẽt. His erga homines beneficiis cum eum

cenſerent immortalem & honores illi & ſacra ut deo inſtituta ſunt. Ad dita fuere ueluti inſigne quoddam ad picturas eius ſtatuaſꝗ cornua tum ad monſtrandam alteram Dionyſii naturam tum ob prutilem agricolis aratri inuentionem. Tertium ex ioue ac Semele cadmi thebis boetiæ na tum dicunt. Iouem enim ferunt amore illius captum cum ea ſæpius cu buiſſe. Iunonem zelo & ira motam ſumpta unius ex ſemelis ancillis for ma ad ulciſcēdum iniuriam ſuaſiſſe illi ab ioue petere: ut ea maieſtate ho noreꝗ ſecum concumberet: quibus cum iunone conſueſſet. Quod poſtu latum annuens iupiter cum tonitruo ac fulmine ad Semelem deſcendit: quæ inſolitare territa. Expirans aborſa eſt: editum ante tempus filium iupiter abſconditum in femur cum tenuiſſet. Partus tempore editum in nyſam arabiæ urbem tulit: ubi nymphis educatus infans a patre locoꝗ appellatus Dionyſius eſt. Hic ſpecie decorus primo in choreis & mulierꝝ thiaſis ſuma in uoluptate ludoꝗ nutritus atꝗ educatus eſt. Tum foemi narum exercitu quas thyrſis armauit cōgregato orbem terrarum circuit. Eos quipie iuſteꝗ uiuerent ſacra myſteriaꝗ docens. Feſtos p̄terea ubiꝗ dies publice choros agi & muſicā exerceri artem inſtituit: poſtremo ſe datis inter omnes nationes urbeſꝗ diſcordiis belliſꝗ ubiꝗ ſublatis pacē ſingulis largitus eſt. Ita uulgata tāq̄ præſentis dei fama cū ad uitæ ciui lis cultum homines traduxiſſet: paſſim ei occurrentes cū lætitia gaudioꝗ excipiebant. Paucos aūt ob ſuperbiā impietatemꝗ ſpernentes eū cum ꝓ pter incōtinentiā dicerent bacchides ab ipſo circunduci: Cerimonias ue ro ac myſteria ad corruptelā externaꝝ mulierꝝ īntroducta extēplo poena affecit. Ob diuinā animi naturā aliquando plectebat: īpios quandoꝗ īſa nos reddens quandoꝗ mulierꝝ manibus uiroꝝ mēbra diſcerpēs nōnunq̄ militū opera ſibi abuerſātes ultus. Tradidit quoꝗ bacchidibus pro thyr ſo iacula mucronē ferri edera circundante. Quæ tanq̄ muliebria ſpernen tes reges eoꝗ imparatos adortus præter ſpem ſuperauit. Inſignes inter mulctatos ab eo ferunt græcum penthea. Nynum indorum regē. Ligur gum thracem. Tradunt enim Dionyſium ex aſia in europam cum exer citu tranſiturum cum ligurgo thracum: qui ſunt ad helleſpōtum rege ſo cietatem coiſſe. Cum foeminas primū in thraces uelut amicos traduxiſſet iuſſiſſe ligurgum noctu millites ſuos Dionyſium aggredi ipſumꝗ & pel lices omnes obtruncari. His per quendā accolā Tharopē nomine cogni tis territus Dionyſius cū nondū tranſfretaſſent millites amicoꝝ præſi dio occulte ad exercitū tranſiit. Ligurgus pellices aggreſſus in loco qui

appellatur Nyſius omnes interemiſſe dicitur. At Dionyſius exercitu traducto thracē pugna ſuperatū captumq́ꝫ priuauit oculis domeſticis eius cruce affixis: Tharopi memor beneficii thracum īperium cōceſſit tradito ei orgia celebrandi modo: huic agrus filius ſuccedens & regnū & cerimonias myſteriaque tradita ſuſcepit. Quibus poſtmodum ab orpheo ingenio & eruditione præſtanti percæptis cum nonnulla ad orgia addidiſſet repertas a Dionyſio cerimonias orphea poſteri appellarunt. Poetarum quidā interq́ꝫ eos Antimachus tradunt nō thracū: ſed arabū regē fuiſſe ligurgū: qui & Dionyſio & bacchidibus in nyſa arabiæ cū exercitu occuriſſet. At Dionyſius poena impiis præmio bonis affectis ex indis thebas elephanto uectus peruenit. A triēnio uero iis peregrinationibus exacto græcos inſtituiſſe triateridas tradunt. Ipſum quoq́ꝫ fabulantur multarū gentiū ſpoliis onuſtū primū omnium in patria triumphaſſe. Sed in hoc genere maxime cōueniunt priſci. Diſputāt uero nō paucas græcaꝝ urbes ab his fuiſſe conditas. Nam Ilienſes Naſii & qui ciuitates incolūt liberas inſuper teti aliiq́ꝫ plures ſuos fuiſſe illos oſtēdunt conditores. Teti quidē apud ſe ortum ea tradunt cōiectura: q́ꝫ etiam adhuc in eoꝝ urbe certo anni tempore e terra uini fons ſua ſponte fluat ſapore ſuauiſſimo. Cæteri uero hi quidē oſtentant ſuam regionē Dionyſio dicatam: hi erecta templa illi ſacraq́ꝫ olim ſtatuta: poſtremo cū in pluribus orbis locis illius dei meritoꝝ ueſtigia monſtrētur: haud mirū eſt multos exiſtimare ſuas urbes patriāq́ꝫ præ cæteris a Dionyſio dilectas. Sentit & poeta nobiſcū enumerās in hymnis eos: qui de ſuo genere ambigunt & ſimul illū aſſerens in arabiæ nyſa ortum. Haud uero inſcius ſū libyæ: quæ ad oceanum uergit accolas de huius genere diſſerētes. Nyſā & alia quæ de Dionyſio feruntur: quoꝝ multa apud eos aiūt permanere ad hoc uſq́ꝫ tēpus ueſtigia apud ſe facta contēdere. His plures priſci græcorum ſcriptores poetæq́ꝫ hiq́ꝫ etiam qui poſtmodū ſecuti ſunt aſſentiuntur. Nos uero ut nihil eorum: quæ de Dionyſio cōperimus ſcripta ōmittatur paucis: quæ tum a libyis dicta tum a græcis ſcriptoribus præſertim a Dionyſio ueteris hiſtoriæ auctore tradita ſunt abſoluemus. Hic enī Dionyſii amazonū argonautaꝝ troianique belli geſta ac plura alia memoriæ prodidit inuicem conferens & quæ a priſcis poetis: & quæ ab hiſtoricis narrātur. Hic ait primum linum in græcia numeros ac melodiam repperiſſe. Cadmum ex phoenicia aduexiſſe litteras: primumq́ꝫ græcam linguam inueniſſe ac rebus dediſſe nomina. Ad hæc characteribus formā indidiſſe: cōmuniq́ꝫ

uerbo litteras: quoniam ex phoenicia traductæ eſſēt: appellatas phoeniceas. Sed a pelaſgis qui primi eis litteris uſi ſūt pelaſgas dixere. Lini tū poeti tum melodia excellentis plures diſcipuli extitere. Hoꝝ tres p̄cipui habiti. Hercules: Thamyris: Orpheus: Hercules cytharā dulcēs cū i ge nio eſſet tardo ob eamq́ rem uapularet ira motus linū cythara peremit. Thamyris natura ad percipiendum apta muſicam didicit. In qua cū plurimum excelleret: dixiſſe illum aiunt ſuauius ſe q̄ muſas cantare: quibus irritatæ uerbis deæ & eum priuarunt muſica & liram abſtulerūt quemadmodum homerus his conſentiens ſcribit. de orpheo ſingulatim referetur: cum eius opera a nobis ecenſebuntur. Linum tradūt primi dionyſii geſta litteris pelaſgis edidiſſe: quibus & orpheus uſus eſt ac pronopides homeri magiſter uir ingenio muſicaq́ egregius. Thymitum inſuper thymiti laumedontis qui orphei ætate fuit plurimis orbis peragratis locis ī libyam occidentem uerſus oceanum uſq́ cum deſcendiſſet: uidiſſe nyſam in qua priſci incolæ nutritum dionyſium uolunt: Ibiq́ diligenter actis huius dei apud nyſeos perquiſitis compoſuiſſe poema ferunt quod phrygium nominarit antiqua lingua & litteris priſcis editum. Aſſerūt præterea Ammonem libyæ partis regem uxorem cæpiſſe rheam cæli filiā Saturni aliorumq́ Titanum ſororem: qui regnum perambulans iuxta ceraunios montes conſpectam ab ſe uirginem forma pulcherrimā Amaltheā nomine adamauit: filiamq́ ex ea genuit ſpecie ac robore corporis īſignē. Amalthiam uero propinquæ oræ præfecit bouis cornu perſimili: ex quo occiduum cornu ſit nominata. Et quoniam ea regio eſſet uineis cæteriſq́ fructiferis arboribus referta: a muliere aūt regeretur amalthie cornu eam dixere: propterea & poſteri homines optimam copioſamq́ fructibus patriam ab ea ſimilitudine amalthie cornu appellarunt. Ammon rheam ueritus infantem abſconditum clam in urbem nyſam ab eis locis remotiorē tranſferens inſulam a tritone fluuio circundatam præcipitem ac undiq́ abruptam unico difficiliq́ aditu quē portas nyſias dicunt ubi nutriretur elegit. Eſſe in ea inſula tradunt terram foelicem amenis pratis diſtinctā & multis irriguam aquis. Fructus inſuper multiplices & uites ſuapte natura ortas magna ex parte ſuper arbores diffuſas. Salubrem præterea aerem adeo ut illius homines lōgiori q̄ cæteri ætate uiuant. Inſulæ aditus in tibie modū fertur adeo dēſis arboribus umbroſis: ut ſolis raduco penetrare nequeant. Iuxta aditum undiq́ dulces aquaꝝ habentur ſontes: qui locus eſt ad habitādum ſuauiſſimus. In ea antrum exiſtit rotundum tum

magnitudine præcipua: tũ pulchritudine. Vndiq; enim præcipitia ſunt in altum ſurgentia diuerſi coloris ſplendidiq; lapidibus ut nullus ibi oīo color deſit. Ante aditũ natura eſſe arbores mirabili aſpectu aiunt: & has quidem fructus ferentes alias ſemper uirentes ut ad uiſus uoluptatem na tæ uideantur. In his diuerſæ nidificãt aues colore oculos: aures cantu ue ro oblectantes. Vniuerſus locus eſt non ſolũ aſpectu: ſed cantu etiã ame nus artis armoniam uoce auium ſuperante: poſt ingreſſum apparet antrũ latum ſplendore ſolis lucens. Omnia floribus referta ſunt. ſed præcipue caſſia reliquiſq; rebus: quæ iocundum odorē continuo quæant reddere. Licet ibi inſuper aſpicere nympharꝫ plura diuerſoria ornata floribus nō quidē arte: ſed natura cũ omni decore perfecta. In toto antri ambitu neq; flos unq̃ neq; folium defluit: ut neq; oculorꝫ neq; auriũ uoluptas aliquan do deſit. In hoc Ammon puerum nutriendum dedit nyſæ ariſtei filiæ. Cui loco ariſteum præfecit uirum ſapientē atq; eruditum ad euitandas theæ nouercæ inſidias: cuſtodiã filiæ mineruæ permiſit: pauloante hæc tempora circa Tritonum fluuium unde & tritonia dicta eſt genitæ. Scri bunt hanc deam per omnē uitam uirginitate ſeruata prudētia claruiſſe. Multaſq; cum ingenio præſtaret: ab ea artes repertas belli quoq; exerci tio deditam cum robore corporis uigeret multa feciſſe memoratu digna. Alcidamq;: ita enī dicta eſt peremiſſe ferã ſtupendam ex terra natam: & antæa ut quæ natura plurimũ ignis ex ore euomeret inſuperabilē pugna ea primum in phrygia apparuit regionē quandã cōburens: quæ huc uſq; exuſta phrygia dicta eſt. Deinde ad montē taurum tranſcendens ſiluas continuas uſq; ad indos incendio uaſtauit. Poſtmodũ per mare in phoe nicia reuerſa ſiluas libani incendit: perq; ægyptũ in libyam profecta ad loca peruenit occidua: poſtremo ſiluis circa ceraunia deſtructis omniq; in cenſa patria cum homines partim flãma abſumpti eſſent partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugerent loca. Mineruã ferunt tum ſapiētia tum fortitudine ac uiribus fretam eam ferã necaſſe pellē pectori circundediſſe tum ueſtitus tutelæq; corporis gratia tum ad uirtutis par tæq; gloriæ memoriã oſtendendã. At uero alcidæ mater terra cōmota deorꝫ hoſtis gigantes peperit quos poſtmodũ Iupiter Mineruæ diony ſiiq; ac cæterorꝫ ope deorum deleuit. Dionyſius ī nyſa educatus diſcipli naque eruditus nō tantũ pulchritudine roboreque excelluit: ſed multarꝫ rerꝫ utilium inuentione. Nam adhuc adoleſcens & uinũ ex unis cũ uites ſua ſpōte terra ꝓduxiſſet: exprimi & qui fructus poſſēt exiccari ſeruariq;

oſtendit: præterea quæ cuiq̃ loco ab ſe inuentas arbores plãtari expedi ret ſingulos edocuit: Spe cõcæpta beneficiorum erga genus hominum ma gnitudine ĩmortales ſe honores potiturum: ob eius uirtutis ac gloriæ no men fertur Rheam iratã ammoni conatã eſſe dionyſium auferre. Quod ubi non ſucceſſit relicto ammone uerſa ad titanes fratres Saturno fratri nupſit. Qui rheæ ſuaſu aduerſus Ammonem moto bello acie titanum præſidio ſuperior fuit. Ammonẽq̃ fame coactum incretam fugere: ubi curetes regnabant cõpulit. Ibi regis filiam cretã nomine uxorem cum cæ piſſet regno ſumpto inſulam antæa ideam dictam ab uxoris nomine ap pellauit. Saturnum tradunt occupatis locis Ammoni ſubditis acerbe ĩpe rantem aduerſus nyſam dionyſiũq̃ magno exercitu profectũ. Ille cũ ſci ret patrẽ Ammonem bello uictum. Titanas uero ſaturno auxiliũ ferre: coactis ex nyſa militibus. Interq̃ eos ducẽtis tum ſtrenuis tum ſuma er ga eum cum his enim nutritus fuerat beniuolentia a libyis atq̃ amazoni bus finitimis: de quibus antæa rettulimus auxilia xeciuit. Aſſerunt eas ut pote quæ uirtute uirginitateq̃ excellerent ad belli ſocietatem aduocaſſe uitæ ſimilis mineruã diuiſo exercitu: ut uiris præeſſet dionyſius. Miner ua foeminis cum in exercitum titanorum incidiſſent cõmiſſo certamine mul tiſq̃ utrinq̃ cæſis uulnerato ſaturno uictor dionyſius euaſit. Titanibus ad eas regiones quas de Ammone cæperant cõfugientibus dionyſius ad nyſam urbem cum captiuis reuerſus eſt: ueluti de eis poenam ſũpturus. Cum armatis militibus eos omnes circundaſſet primũ de titanibus quæ ſtus omni poſtea captos crimine ſolutos pronuntiauit. Deĩde data eligẽ di libertate abire an ſecum militare mallent ſecum omnes ſe fore acclama runt. Ob datam uero præter ſpem ſalutẽ ut deum uenerati ſunt. Omnis hos poſtea libato uino iuramento adegit: ut ſecum cõtinuo in bellis uſq̃ ad extremum pugnarent. Cum arma aduerſus Saturnum eſſet moturus proficiſcente ex nyſa exercitu Ariſteũ tradunt eorum præſidẽ primũ om nium & ſacra inſtituiſſe dionyſio: & ei ut deo ſacrificaſſe. Dicunt inſuper ſubſidiũ ei tuliſſe nyſeorum nobiliores: quos a primo eorum rege ſileno. Eius autem propter uetuſtatem ignotũ eſt genus ſilenos uocant. Is cum circa lumbos caudam haberet: poſteri quoq̃ eius naturæ participes idẽ ſignũ geſtarunt. Dionyſius contracto exercitu per loca arida ac deſerta feriſq̃ infeſta profectus ad zãbirram urbem libyæ peruenit. Ibi feram indige tem cãpes nomine multis eius oræ mortalibus pernitioſã pemit. Quæ res magnam ei gloriam penes accolas tulit. Vt aũt ſempiternæ occiſæ ab

ſe beſtiæ gloria extaret erexit ibi tumulum ĩgentẽ: qui ad poſteros uſq; perſeuerauit ſuæ uirtutis monumẽtum. Deinde uerſus titanas exercitu moto ea modeſtia iter fecit: ut ſe omnibus ĩcolis humaniſſimũ præberet Vbiq; oſtẽdens ad plectendos impios atq; ad beneficia in hoĩum genus cõferẽda eam ab ſe ſuſceptam expeditionem. Qua ex re moti libyi eius cognita uirtute animiq; præſtãtia uictũ millitibus affatĩ præbuerunt: ſimulq; eius caſtra ſecuti ſunt. Ad ciuitatẽ deĩde Ammonis appropinquãte exercitu ſaturnus ante urbis moenia acie ĩſtructa uictus ciuitatẽ noctu ĩcendit ea mẽte ut paterna dionyſii regia abſũmeretur: ſumptaq; uxore rhea & amicis quibuſdã aſcitis clam ex urbe profugit. Verum cum uxore captus a dionyſio nequaq̃ illius opera imitante nõ ſolũ cognationis gratia poenã remiſit: ſed & conſolatus eſt: per oẽm eos uitã habens parentum loco. Rhea illum ut filium uiuens dilexit. Saturni ſimulatior fuit beniuolentia: hi per id tẽpus filium genuerunt quem appellarunt Iouem. Qui a dionyſio ſummo honore habitus uirtute poſtmodum imperium omnium gentium adeptus eſt. Cum libyi ante pugnam ei dixiſſent: quo tempore Ammon ex regno eiectus eſt incolis prædictum fuiſſe uentuꝝ eius filium dionyſium: qui recuperato regno orbis imperium poſſideret: deuſq; haberetur: exiſtimans uerum fore uaticinium. Et templo patri & urbe conditis ut deo illi honores ĩpendit quoſdam inſtituens qui haberent diuinationis curam. Traditur Ammon galea in bellis uſus: cuius ĩſigne fuit arietis caput. Sũt qui ipſũ aſſerãt natura ĩ utroq; tẽpore paruula habuiſſe cornua. Propterea filiũ eius dionyſiũ eodẽ fuiſſe aſpectu poſteriſq; traditũ deum hunc cornua geſtaſſe. Aedificata urbe ſacriſque ĩſtitutis dionyſio ferunt in primis cum de exercitu oraculũ cõſuluiſſet: reſponſum a patre traditum: q; propter eius ĩ homines merita ĩmortalis eſſet futurus. Quare elatus animo primo ĩ ægyptũ exercitum duxit: eique prouinciæ Iouẽ Saturni Rheæque filiũ cõſtituit regẽ adhuc ætate puerum addito ei præfecto olimpo: a quo eruditus & ad uirtutẽ ĩſtitutus olimpius eſt cognominatus. Fertur dionyſium ægyptiis oſtẽdiſſe uites plãtare uinum cõficere ac aliorum fructuum uſum. Aucta eius uirtutis fama nulli ei obſiſtere bello auſi ſponte ſibi parebant. Laudibuſque ac ſacrificiis ut deum colentes. Hoc pacto orbem aiunt peragraſſe domeſticis arboribus regiones reddẽs excultas beneficiaque populis p̄bens. Vnde honores p̄petuo gratiãque omnium aſſecutus eſt. His rebus cũ de cæteris diis uarie homines ſentiant ſolum dionyſii ĩmortalitatem fixã animo tenẽt.

Nemo ē enī neq̧ græcus neque barbarus qui illius beneficioꝝ gratiæq̧ fuerit expers. Nam eos quibus aut patria agreſtis eſſet: aut a uinearum uſu aliena: poculum ex ordeo conficere docuit paulo inferius uini ſuauitate. Ferunt eum ex indis ad mare deſcendentem titanas omnis qui cū maximis copiis aduerſus Ammonem in cretam tranſtretarāt cæpiſſe. Acri aduerſus Ammonem moto bello Iupiter ex ægypto Dionyſiuſq̧ ac Minerua & alii quidam quos deos dicunt in cretam tranſcendentes Ammoni ſubſidiū tulere. Inito certamine ſuperior Dionyſius omnibus titanis interfectis uictoria potitus eſt. Poſtmodū Ammone Dionyſioq̧ ex hominum uita ad immortalitatem tranſlatis Iupiter uniuerſo imperauit orbi: Sublatis titanis nulloq̧ eius imperium turbare auſo. Hæc primi Dionyſii ex Ammone Amaltheaq̧ nati geſta libyi fuiſſe tradunt. Secundus ex Io Inachi & Ioue genitus ægypto imperauit initiationeſq̧ monſtrauit. Tertium Iupiter ex Semele apud græcos genuit priorū uirtutis imitatorem. Nam & per omnem orbem exercitum circunduxit: & plura reliquit trophea ſtatuaſq̧ ſuarum expeditionum teſtes. Multa inſuper loca cultiora plantis arborum reddidit. Mulieres in militiam uelut prior amazones duxit. Circa orgia & initiationes multum operæ impendit tum uetera in melius redigens tum quædam ipſe adinueniens noua. Cum tēporum uetuſtate priorum geſta īuentaq̧ multis ignota eſſent: ſolus hic eorum qui ante ſe fuerant uirtutem & gloriam tulit. Non autem ſolum hoc ei contigit. ſed Herculi quoq̧. Duo nanq̧ eodem nomine priores fuere. Superiorem Herculem in ægypto natū ferunt magna armis ſubacta orbis parte in libya columnā poſuiſſe. Secundus cretenſis uirtute armiſq̧ nobilitatus inſtituit olimpicum: & tamen ultimum pauloante bellum troianum ex alcmena & Ioue ortum magnam orbis partem peragraſſe tradunt Euriſtei imperio parentem. Qui multis functus certaminum laboribus columnam in europa erexit. Nominis igitur & rerum geſtarum ſimilitudo cum defunctus eſſet poſtremus ſuperiorum illi geſta aſcripſit tanq̄ unus tantū Hercules extitiſſet: plures dionyſios fuiſſe tum ex aliis conantur oſtendere: tum præcipue ex titanum pugna: qua conſtat Dionyſium contra illos Ioui auxilio affuiſſe. Non enim Titanas Semelis tempora tulere: neq̧ cadmus agenoris olimpiis diis antiquior dicendus eſt. Hæc a libyis de dionyſio tradita. Nos iuxta ordinem a nobis præſcriptum tertium deſcripſimus librum.

EXPLICIT LIBER QVARTVS. INCIPIT QVINTVS IN QVO HAEC CONTINENTVR.

Probemium de his: quæ fabuloſe apud hiſtoricos ferūtur: de dionyſio priapo: hermaphrodito & muſis.
De hercule: & duodecī eius laboribus cæteriſq; ab eo uſq; ad uitæ finē geſtis. De argonautis: Medea & filiabus pelei.
De pronepotibus herculis.
De Theſeo & eius certaminibus.
De ſeptem regibus: qui ad thebas caſtrametati ſunt.
De proauis eorum.
De neleo: & eius pronepotibus.
De laphitis: & centauris.
De eſculapio: & eius pronepotibus.
De Aſopi filiabus: & æaci liberis.
De pelope: Tantalo: oenomao: & niobe.
De dardano & eius uſq; ad priamum pronepotibus.
De dedalo: Minotauro: & de minois exercitu aduerſus concalum regem.
De ariſteo: daphnide: euridice: & de orione.

HAVD SANE nos fugit uetuſtarum rerum cognitionē ſcriptoribus ut multis labantur contingere. Nam & antiquiora illa paulum ſub obſcuram ambiguitatem præbent ſcribentibus: & temporum deſcriptio haud facilis cognitu quandoq; detrahit legentibus fidem. Heroum præterea ſemideorumq; ac cæterorum uirorum multiplex ac uarium genus non ſatis exquiſite explicari poteſt: accidit inſuper quod omnium eſt difficillimum ut de antiquorum geſtis fabuliſq; ſcriptores inter ſe admodum diſſentiant. Qua moti re nobiliores qui poſtmodū ſecuti ſunt hiſtorici omiſſis priorū fabulis ad recentiores ſe hiſtorias contulere. Ephorus quippe Cymeus Socratis diſcipulus hiſtoriam ſcripturus ueteribus prætermiſſis rebus ab heraclidarum tempore narrandi exordium cæpit. Calliſthenes ac Theopompus: quos eadem tulit ætas priſca illa minime attigerunt. Nos ſecus arbitrati onus ſumpſimus priſcas res oīs litteris mandandi. Maxima enī plurimaq; heroum ſemideorumq; tum alioꝝ excellētium uirorum meritis quorum a poſteris ſemideorum heroūq; honores

ac ſacra ĩpenſa ſunt egregia facinora extiterunt. Qui tamẽ omnes hiſto riæ munere laude ſẽpiterna celebrati ſunt. Nos quippe tribus ſupiobus libris externarum gentium: quæ ue de diis feruntur. Loca inſuper ſingu la: & quæ in eis fere aliaq animantia ac cætera memoratu digna admiran da ue haberentur rettulimus. Hoc autẽ libro: quæ a græcis de heroibus ſemideiſq: quos priſca celebrauit ætas tradita ſunt: deq præclaris eorũ bello geſtis complectemur. His adiicientes quæ ab illis pace ad utilitatẽ cultumq hominum adinuenta: quæ ue ſancita legibus fuere. Initium ue ro a Dionyſio ſumetur: quem imprimis antiquum fuiſſe conſtat ac maxi mis beneficiis uitæ mortalium profuiſſe dictum eſt ſuperius a nobis bar baros quoſdam huius ſibi dei genus uendicare. Nam ægyptii deum ſu um oſiridem eum eſſe affirmant: quem græci Dionyſium uocant. Hunc uolunt omnem circuiſſe orbem uini repertorem: cum uites plantare docu erit. Quo facto communi gentium omnium conſenſu ſit illi immortali tas tributa. Indi quoq hunc apud ſenatum ferunt: uiniq uſum ab eo hõ minibus traditum. E quibus licet antæa ſingulatim explicuerimus. Nũc tamen quæ græci de hoc ſcribant deo minime uiſa ſunt ommittenda.

Cadmum agenoris tradunt ex phoenicia ad perueſtigandam europam a rege ea lege miſſum: ut aut uirginem ſecum reduceret: aut in phoenici am non rediret. Cum diutius quæſitã ab ſe uirginem non inueniret poſt poſita patria in boetiam perueniſſe. Vbi cũ reſponſo oraculi thebas con didiſſet. Armoniam poſtmodum ueneris filiam in uxorem ſumpſiſſe: ex qua Semelem. Ino. Autonoem: agauem ac polydorum genuerit. Seme lem Iupiter ob pulchritudinem in forma hominis cognouit. Quod exi ſtimans ab Ioue in ſui contemptum agi rogauit ut ſecum prout cum Iu none aſſueuerat coiret: Iupiter dei maieſtate aſſumpta cum tonitribus ac fulgure ad eam deſcendit. At illa prægnans: cum neque fulguris neq tonitrus uim ferre poſſet: filium ab orſa igne expirauit. Infantem Iupi ter Mercurio dedit ad antrum nyſæ: quod inter phoeniciam: nilumque eſt: deferendum a nymphiſq omni ſtudio curaque educandũ. Vnde ab ioue nyſaque Dionyſiũ dixerunt: quod etiã homerus ĩ hymnis teſtatur inquiẽs: eſt nyſa ſupra montem floridum ſilua procul a phoenicia ferme ægypto fluente. Nutritum a nymphis aiunt. Vini: uineæq extitiſſe au ctorem. Orbem quoq ferme deambulãtem multas regiones reddidiſſe domeſticas: ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratũ. Do cuiſſe eos inſuper quorum regio uites ferre non poſſet: potum ex ordeo

conficere: quem nonnulli zitum dicunt: paulum a uini ſapore differentē. Exercitum quoq; ſecum non tantum uirorum: ſed etiam mulierum circun ducens nepharios homines atq; iniquos merita mulctauit poena: in boe tia iuſſit. In gratiā patriæ omnes urbes liberas eſſe ciuitate ſui nominis condita: quam & liberam pronuntiauit. In indiam cum exercitu tranſcen dens triennio poſt multis cum ſpoliis in boetiam rediit. Primus omniū triūphauit elephanto indico uectus. Boetii cæteriq; græci thraces quoq; in memoriā indicæ expeditionis ſacra triaterica ſibi inſtituerunt. Vnde & in multis græcis urbibus triēnio bacchides mulieres cōueniunt: apud quas de more uirgines thyrſum ferunt in honorem dei bacchantes. Eiq; per cætus ſacrificantes. Poſtremo memoriam menadum quæ feruntur illi deo aſtitiſſe: hymnis & cantu renouant. Subſtulit & omnes impios: qui in orbe erant. Sed maxime pentheum ac ligurgum. Vini inuentio tū propter potus uoluptatem: tum quia corpus reddit ualidius grata ſupra modum mortalibus fuit. Aiūt cum purum in cenis uinum datur: omnes deum ſoſpitem optare bibenti. Cum uero poſt cenam aqua mixtum ſu mitur: Iouem uocari ſaluatorem. Nam puri uini potus ad inſaniam rede git. Aqua iouis mixtus uoluptatem letitiamq; affert: & probibet inſani am. Ferunt in deos rerum ab ſe inuentarum meritis maxime Dionyſiū ac Cererem ab hominibus coli. Alterum ſuauiſſimi potus auctorem: alte ram ob fruges ab ſe repertas. Traditur quoque & alter multa prior eta te fuiſſe Dionyſius. Quem aiunt ex ioue & proſerpina natum a nōnul lis quæ appellatum Saebaſis. Huius genus ſacra honores quæ propter pudorem nocturna occulta quæ agunt. Dicitur propter ingenii acumen primus boues ad iugum iunxiſſe: eorum quæ opera frugem iacta ſemina reddidiſſe. Qua ex re illum cornibus finxerunt. Ex ſemele uero natum poſteriorem ferunt deliciis deditum molli corpore ac præ cæteris decore uoluptatibus inſuper uenereis indulgentem in exercitu mulierum copi am circunduxiſſe armatam haſtis thyrſo inuolutis. Tradunt & muſas uir gines cum eo profectas apprime eruditas. His tum propter cantus ſuaui tatem tum quia doctæ pſalere boniſq; artibus eruditæ erant deus ille ob lectabatur. Secutus eſt ipſum. Silenus quoque pedagogus ac nutritor op timorumque īſtitutor ſtudiorum: qui plurimum Dionyſio ad uirtutem ac gloriam reſque bellicas profuit. Armis bellicis in pugna utebatur & pardalorum pellibus pacis tempore in ſolennitatibus diebuſq; feſtis ue ſtes floridas molles ac delicatas induebat. Si quando ex potu bibentis

caput agitaretur: mitra caput aligabat. unde & mitriphoros dictus ē. Re
ges poſteri pro mitra caput diademate uinciri ſunt ſoliti. Aiunt inſuper
dimytora uocatum: quoniam ex uno patre duo ſint orti dionyſii & matri
bus duabus. Verum poſteriori prioris aſcripta ſunt geſta. Quapropter
qui poſtmodum ſecuti ſunt ueritatis ignari nominiſqꝫ ducti ſimilitudine
unicum extitiſſe dionyſium crediderunt. Harticam quoqꝫ ex huiuſmodi
tribuunt ei cauſa. Cum nouiter reperto uino nondum aquam infundere
cōſueſſent: in amicorum epulis ac feſtis diebus uinum purum ad uolupta
tem potantes ebrii reddebantur. Qua ex re ligneis baculis: quos geſta
bant: alteri alteros percutientes plurimos uulnerabant. Quidā peribāt
ex uulnere. Vt eiuſmodi certamina probiberentur: dionyſius: ut modico
uino utqꝫ ꝑ fuſtibus ligneis ferulis uterentur: edixit. Plurima ei cogno
mina ab rebus quas ægit ſunt ab hominibus indita. Nam alii bacchum a
mulieribus: quæ bacchātes illum ſequebantur dixere: alii atorculari: quo
uinum exprimitur leneum. Quidam bromium a tonitru: qui ī eius ortu
contigit: pingenius inſuper ex eadem appellatur cauſa. Quin etiam tri
umphator dicitur: ꝙ primus omnium de indis multis cum ſpoliis in pa
triam reuerſus triumpharit. Aliis quoqꝫ cognominibus: quæ longū eſſet
recenſere & alienum ab hiſtoria: uocitatus eſt. Duplici eſſe uidetur forma
quoniam duo Dionyſii extiterunt. Primus barba promiſſa antiquo mo
re barbam nutrientium fuit. Spetioſior poſterior iuuenis: & ut fertur: de
litioſus. Quidam duplicem formam illi tributam uolunt: quoniam ebrie
tas & iracundos efficiat & hylares. Satyros etiam: quorum opera in pſal
tatione ac tragoediis oblectabatur ſecum tradunt duxiſſe: & muſarum
quidem optimis inſtitutis. Satyrorum uero riſu ac ioco Dionyſius ui
tam omnem foelicem traducebat. Scenicæ præterea artis ac theatrorum
inuentorem. Et muſicæ certaminum inſtitorem uolunt: omnes etiam
qui in exercitu muſicis exercerentur fecit immunes: quod & poſteri in
ſtar Dionyſii ſeruarunt. Omnes enim muſicæ operam dantes immuni
tate potiti ſunt. Et de Dionyſio ne modum excædat oratio hactenus.
Nunc quæ de priapo traduntur. ſunt enim Dionyſii rebus contigua ſe
infert ſcribendi locus. Fabulantur antiqui filium dionyſii ac ueneris pria
pum fuiſſe: ducti uero ſatis ſimili coniectura: ꝙ qui uino indulgeant ſunt
natura ad uenerem promptiores: aſſerunt nōnulli priſcos illos cum uellēt
hoīum pudenda occultius nominare priapum dixiſſe: alii genitalia dicūt:
cauſam eſſe hominum generationis: proptereaqꝫ ſemp extitiſſe īmortali

honore celebrata. Aegypti de priapo ſcribentes: olim titanas aiunt oſiri de ab ſe dolis īterfecto corpus eius in æquas partes diuiſiſſe: Iiſq; domo clam elatis partē pudendā in flumen cū ſinguli eam reſpuerent abieciſſe. Iſidem poſtmodū ultam uiri mortē titanibus occiſis uiri corpus inquiſiſſe: parteſq; repertas cum in formā hominis cōpoſuiſſet ſacerdotibus tradidiſſe ſepeliendas: utq; ueluti deum Oſiridē colerent īperaſſe. Sola pudenda non reperta pro deo coli: inq; templo ſuſpendi iuſſit. Hæc de priapi genere: deq; eius honore ab antiquis ægyptiis traduntur. Hunc deū quidam Thyphalum alii typhonem nomināt. Non ſolum aūt in urbiū tēplis: ſed ī agreſtibus quoq; locis tāq; uinearꝝ atq; ortorꝝ cuſtos colitur fructuū fures caſtigans. Nō ſolū aūt in cerimoniis q̄ dionyſio īpendūtur ſed & in reliquis ferme aliis huic deo ſacra cū riſu & ludo fiunt. Simili ortu fuiſſe quidā exiſtimant hermaphroditum: quē ex mercurio ac uenere genitum utriuſq; parentis nomē cæpiſſe ferunt. Hunc deum eſſe opinantur promiſcua uiri ac foeminæ natura: fuiſſe quoq; & ſpecie mollitieq; corporis foeminæ ſimilē & opera exercuiſſe uiri. Quidā eiuſmodi partus aſſerunt naturæ mōſtra: quæ raro fiant: atq; aliquid tum bonū tū malū portēdant. Quoniam uero muſarꝝ in dionyſii geſtis meminimus uidetur nunc de his diligentius ſcribēdi tēpus: plurimi & hi præſertim: qui probātur ſcriptores tradunt: eas iouis & memoriæ filias: pauci ex poetis in quibus eſt alcmeon filias eſſe cæli ac terræ aiunt. In numero quoq; diſſentiunt: nam quidā tres: alii nouem aſſerunt extitiſſe. Verum nouem numerus inualuit: his cōprobantibus qui habiti ſunt: homerꝝ dico atq; heſiodum cæteroſq; eiuſcemodi cæteris præſtantiores. Homerus enim ait muſas nouem eſſe pulchritudine eximia. Heſiodus etiam recēſet nomīa: Clio: Euterpe: thalia: Melpomene: Terpſicore: Erato: Polimnia: Vrania Calliope: quæ omnibus eſt nobilior. Harum cuilibet ſua officia tribuūt eorum quæ ad muſicæ artem ſpectant. Veluti poeticam melodiam ſaltationem choreas aſtrologiā reliquaſq; doctrinas: plures aſſerunt eas fuiſſe uirgines: quoniam uirtutis diſciplina incompta eſſe uideatur. Muſas eo uolunt cognominatas: q; homines bona utiliaque docēt: & quæ ab indoctis ignorantur. Nomina cuiq; a proprio munere tribuerunt. Nam clio propter gloriam quæ ex poetarum laudibus oritur dictam uolunt. Euterpem propter uoluptatem quæ ab audientibus ex honeſti eruditione percipitur. Taliam q; in longum tempus poetarum laus parta uireſcat. Melpomenem a melodia: qua audientes demulceantur. Terpſicorem eo

ꝙ audientes oblectat propter bona quæ proueniunt ex doctrina . Erato ꝙ docti homines ab omnibus amentur. Polymniam: quoniam cātus ſuauitate poetas reddit gloria īmortales· Vraniam ꝙ uiros eruditos ad cælum tollat. Gloria enim ac ſapientia eleuat animos ad cæleſtium contemplationem. Calliopem ꝙ cantus ſuauitate cæteras antecedens magni ab auditoribus extimetur. Poſteaq̄ de muſis rettuli: nunc geſta herculis recenſeamus. Neqꝫ uero me latet magna in difficultate uerſari: tum ueteꝝ rerum: tum præcipue operum herculis ſcriptores. Ea enim fuiſſe amplitudine ſinguli fatentur: ut omnium quæ memoria hominum complexa eſt geſta ſuperare uideatur. Difficile quippe eſt pro dignitate rerū eius acta ſcribere: atqꝫ ea: quæ tanta magnitudine extitere: ut īmortale præmium mereātur æqua factis oratione proſequi. Nam cum propter uetuſtatem admirationemqꝫ rerum multi haud facile crederent ſcribentibus: neceſſe fuit in his: quæ maxima habebantur prætermittere quædam: ne omnia ſcribendo hiſtoriæ parum fidei haberetur. Nōnulli enim legentiū haud recto iudicio uſi nimis exquiſite antiquas res ex his: quæ nunc geruntur perpendunt exiſtimantes herculis uirtutē ex noſtroꝝ hominū imbecillitate. Ita rerum geſtarum nimia magnitudīe moti haud quaq̄ hiſtoricis crediderunt. Verum in priſcis illis rebus ac fabulis ſimilibus non omīno ad quadram ueritas perueſtiganda eſt. Et enim in theatris licet ſciamus Minotaurum forma qua fertur minime extitiſſe: ne tricorporem gerionē tamē pro ueris eas fabulas ducimus: fauoreqꝫ eius dei honores augemus. Et ſane per iniquum uidetur: cum hercules: dum uixit orbis monſtra ſuo labore perdomuerit homines tantorum beneficiorum īmemores eius laudi claris operibus partæ calumniādo detrahere. Cumqꝫ poſteri propter ipſius uirtutis excellentiam cōmuni omnium conſenſu īmortalitatem illi tribuerint. Nos neqꝫ traditam quoqꝫ a patribus erga illum deum pietatē ſeruare. Verum his poſt habitis opera eius ab initio exponemus tū poetarum tum ſcriptorum antiquiſſimos imitati. Ex danae acriſii ac ioue natum perſea ferūt. Ex eo andromedaqꝫ cephei lectrionem. Is deinceps ſūpta euridice pelopis Alcmenam procreauit. Hanc dolo iuppiter cum cognouiſſet herculem genuit. Hoc pacto herculis parentum genuſ ad maximum referunt deorum: eius uirtutem non ſolum ex operibus ſpectare licet. ſed etiam ex genere. Iouē enim ferunt tres noctes in unam redactas alcmenæ operam dediſſe maximum futuri coloris iuditium . Tantum tēporis in eo puero creando impēſum. Quod non amoris cupiditate ꝓut

in aliis mulieribus cōtigit factum eſt:ſed pueri gignēdi gratia. Itaq; no lens ui Alcmenā agredi:neq; fidens poſſe illi coitum ob eius prudentiā perſuadere dolo mulierem aggreſſus eſt. Amphitrioniſ forma aſſumpta. Adueniente partus tēpore iouē diis aſtantibus prædixiſſe ferunt:ea die puerꝝ:qui naſceretur ſe perſidorꝝ regē facturꝝ. Quibus uerbis mota Iu no lucinam filiam iuſſit comprimere alcmenæ partum. Euriſteum ante tē pus in lucem educere. Iupiter licet cōſilio früſtratus quod prædixerat ra tum:& herculis famam claram eſſe uolens:dixiſſe iunoni ferunt permitte re ſe Euriſteū:ut prædixerat regem eſſe:herculēq; ei ſubici uelle duodecī quoq; certamina ab eo perfici:quæ Euriſteus mandaſſet:Quibus conſu matis fieret īmortalis. Alcmena poſt partum iunonē uerita puerum in lo co expoſuit:quē nunc ab eo herculeum campum dicunt. Quo tēpore mi nerua una cum iunone profecta cum īfantis naturam admiraretur iunoni ſuaſit:ut illi mām̄am præberet. Qua præter ætatē uiolētius ſumpta iu no dolore mota puerum abiecit. Minerua illum matri detulit nutriendū Mirabitur merito quis rem deſuetam accidiſſe:ut mater:quā ad filiorum amorē natura compellit ex ſe natum perditum iret nouerca:quæ natura odiſſe priuignos ſolet:ignorās ſaluare infantē:iuno deinceps duos draco nes ad perdēdum miſit puerū:quos ille utraq; manu faucibus apprenſos ſtrangulauit. Vnde illum argiui:quoniam iunonis opera gloriā eſſet ade ptus:cum antæa alceus uocaretur iracleum dixere. Reliquis imponuntur a parentibus nomina:huic ſoli uirtus nomen dedit: interim Amphitriō ex tirintho pulſus thebas cōceſſit. Hercules antæa educatus optimæ cer taminum quoq; exercitio deditus: & corporis robore excelluit & animi uirtute. Adhuc ephebus primum ad liberandas e ſeruitute thebas opam impēdit tanq̄ patriæ gratias redditurus. Erant ſubditi thebani Erigino miniorum regi ſuperbe ab eis annis ſingulis certum tributū exigēti. Sed minime ueritus imperantium uires rem agreſſus eſt memoria dignā. Om nes qui ad exigēda tributa miſſi erant male mulctatos e ciuitate expulit. Erigino eius rei auctorem dare ſibi poſtulante chreon thebanorum rex illius potētia territus paratus erat ſeditionis tradere auctorem. At hercu les comparatam adoleſcētium manum ad libertatem patriæ cohortatus arma ex deorum templis:progenitorum ſpolia diis affixa ad belli uſum deprompſit. Nulla enim priuatim in urbe erant arma:ſed ſinguli regis edicto:ne deſciſcerēt adempta. Audiēs poſtmodum hercules Eriginum cum exercitu appropīquare urbi obuiā cum millitibus egreſſus in quodā

.K.

anguſto aditu ubi paucis pugnandi locus erat regem adortus: prælio uictū occidit: oī illius exercitu deleto ex tēploq; ciuitatē orchomeniorꝝ captam minyorꝝ prius incenſa regia euertit. Ad quarum rerum famam per uniuerſam græciam diſperſam ſtupentibus omnibus creon rex admiratus adoleſcētis uirtutem filiam illi Megaram nuptui deſpondit: urbis ueluti filio curam permiſit. Euriſteus habēs argis regnum nota herculis fama eum ad perficiēda certamina arceſſit. Renuentem iuſſit iupiter Euriſteo obtemperare. At is delphos adiens conſulto ſuper his deo reſpōſum tulit ab diis iniunctum eſſe: ut Euriſtei iuſſu duodecim certamina pficeret: quibus tranſactis immortalitate potiretur. Ea ex re haud parum eſt commotus animo hercules. Nam & ſua indignum uirtute uidebatur humiliori ſeruire: & ioui & patri non obtemperare: tum inutile: tum īpoſſibile ducebat: Hac anxietate perplexo animo iuno rabiem iniecit: Itaq; ī inſaniam a mentiamq; uerſus Iolaum occidere uoluit. Quo fugiente filios: qui prope Megaram habitabant ſagittis: uelut hoſtes appetiit. Paulatim abſcedente dementia præteritum recognoſcens facinus doluit ex tanta calamitate. Cum ſinguli una eius malo moererēt diu quieuit domi fugiens hominum conſortia & conſolationes. Tandem tempore dolorē mitigante paratus ad ſubeunda pericula ad euriſteum uenit. A quo primum imperatus eſt nemei leonis interficiundi labor. Hic præter modum ingens: & qui neq; ferro: neq; ære: neq; lapide uulnerari poſſet manibus neceſſario erat occidendus. Verſabatur his maxime inter Micenas ac nemeam ſiluam circa montem: quem a caſu tritonem dixerunt. Huius in radicibus aderat ſpelunca ad quam diuertebat belua. Hercules cum ad locū acceſſiſſet refugientem in ſpeluncam inſecutus feram altero aditus ore obturato manibus leonem compræhenſum ſuffocauit. Detractam pellem corpori tegumentum ad futura pericula circundedit. Secundum ei certamen additum fuit: interitus hydræ lerneæ: ex cuius corpore centum prodibant ſerpentum capite ceruices. Quarum ſingulis cæſis duæ renaſcebātur: ob eam quæ rem minime uinci uidebatur poſſe: cum pars amputata ualidior redderetur. Hanc difficultatem arte ſuperās Iolaum monuit: ut eueſtigio inciſam ceruicē face lignea: ne effluerer ſanguis inureret. Hoc pacto ſuperata belua ſagittas ſuas eius ſanguine tinxit: quo illarū uulnus mortiferum redderetur. Tertius extitit labor datus: ut aprum erimāthe um archadiæ uaſtantem agros uiuum afferret. Quod mandatum admodum difficile uiſum eſt. Oportebat enī cum eo pugnantem adeo uiribus

ualidum animoq̃ prouidum eſſe: ut in beſtiæ congreſſu caueret ne elapſa manibus dentium diſcrimē ſubiret neue ui perimeret arctius conſtrictā. Hoc arduū factu cenſebat: ſed ea prudentia certauit: ut beſtiā uiuā ſuper humeros ad Euriſteū afferret. Qua cōſpecta timore ductus rex in æreo ſe uaſe abſcondit. His actis hercules centauros ob hanc cauſam expugnauit: pholus erat centaurus: a quo propinquus mons dictus eſt. Hic hoſpitem herculē cum domi ſuſcepiſſet defoſſum antæa uini dolium extulit. Hoc tradunt cuidam centauro olim a Dionyſio datum: imperatumq̃: ut tunc uinum proferet: cum adeſſet hercules. Quarta poſtmodum progenie ſolum uerborum Dionyſii memorem uini dolium aiunt ob Herculis honorē reſeraſſe: Verum eius odor tū uetuſtate uini: tum uirtute īgens ad propinquos cētauros delatus ebrios reddidit. Vna igitur domū pholi magno ingreſſi tumultu ad rapinam uerſi ſunt: pholus timens cum ſe abſcōdiſſet: ſolus hercules illis obſtitit. Pugnandum erat cum his qui ex matre dii erant: quibus equorum uelocitas robur biformis corporis homi num prudētia ineſſet: centauri pars tædis ab radice auulſis: pars magnis ſaxis quidam accenſis facibus: alii ſecuribus ingentibus certabant. Hercules intrepidus pro dignitate ab ſe geſtorum pugnam ſubiit. Iuuit in hoc eos bello mater nebula maximum hymbrem infundens qui haud nocuit quadrupedibus: hominibus uero ſolum lubricum fecit. Hoc auxilio fultos centauros hercules tamē ſuperior multis eorum peremptis: reliquos in fugam uertit. Ex defunctis clariores erant: Daphnis: Argeus: Amphion: Hippotion: Orios: Iſoples: Malanchetes: Tereus: Derpos: Phrixus Qui uero aufugerant meritam deinceps poenam dedere. Omados: qui in archadia alcinoi euriſtei ſorori uim attulerat: peremptus eſt. Qua in re herculis uirtutem admirati omnes ſunt. qui & illum ut hoſtem priuatim odit: & iniuriam ſit mulieris ultus: uerum cum pholus centauros qui in pugna ceciderant ut cognatos ſepeliret: contigit ut ſagitta a quodam euulſa ſe ipſum feriret. quo uulnere cū curari nequiret obiit. hunc hercules magnifice ſepeliit ſub monte. quæ res ei glorioſior omni columna cecidit. Ab ipō enim mons abſq̃ alio epigrammate pholos cognominatur Nā montis cognomen: qui pholos dicitur non epigrāma aliquod ſepulti nomen repræſentat. Eodē modo & chyronem arte medicinæ prædituū īuitus ſagitta occidit. Deīceps mādatū herculi eſt. ut aureis cornibus ceruā uelocitate eximiam captam adduceret. hoc certamen abſoluit ingenio. quod non inutilius habetur corporis uiribus. hanc retibus quidam

captam aiunt. Alii indagine abſque labore depræhenſam eſſe dormien tem. Nonnulli continua feſſam in perſecutione eſſe captam uolunt: Quod certamen non ui aut periculo eſt: ſed ingenio conſumatum. Cū mandatum præterea herculi eſſet: ut aues. Ex ſtimphalida palude pelle ret: arte ac prudentia facile iniunctum laborem perfecit. Expulſis auibus quæ innumera multitudine etiam finitimarum regionum fructus uaſta bant. Vi ſuperari non poterant: propter ingentem numerum: ingenio opus erat. Tabulam ergo enneam parauit: quæ repercuſſa ingenti ſonitu uolucres timore ad fugam compulit longinquam. Qua ex re paludem ab auium moleſtia exemit. Poſt hæc in herculis contemptum præcæpit Euriſteus: ut aulam egei nemine iuuante purgaret. Hæc per multos an nos contractis ſordibus fimoq; repleta erat. At ille ad effugiendam con tumeliam humeris aulam mundare horruit. Sed pignione flumine ſuper inducto curſu eius aulam purgauit abſq; ignominia una die opere perfe cto. Miranda profecto herculis prudentia: qui quod per ignominiam ſu perbe imperatum erat: in laudem uertens nil indignum egit immortali tate. Suſcepit deinde onus tauri ex creta: quem paſiphæ amabat deducē di. Eo in inſulam nauigans minois regis auxilio taurum in pelopōneſum longum profecto maris iter deduxit. his actis olimpicum inſtituit certa men locum optimum exiſtimans ad tantos hominum conuentus cāpos iuxta alpheum flumen ſitos. Ibi hæc certamina ioui patri dedicauit coro natus. Quoniam & ipſe quoq; bene de hominum genere abſq; præmio eſſet meritus. Ea uero certamina quāq; inuicē diuerſa abſq; pugna cuicit: nullo propter ſingularem eius uirtutē ſecum congredi auſo. Nam pugi les aut panchratiaſtes ſuperare eos qui in ſtadio certant difficile eſt. Ar duum item eſt illos: qui leuibus certaminibus excellant: cū his qui in gra uioribus uerſati ſunt contendere. Merito igitur omnium hoc ab hercule inſtitutū certamen habetur præſtantiſſimum: quod ab optimo uiro prin cipium ſumpſit. Non uidentur autem dona ommittenda a diis Herculi ob uirtutem tributa. Nam cum ex belli laboribus ad requiem ſe ac homi num cætus dieſque feſtos contuliſſet deus quilibet ſuis eum muneribus ornauit: pallas peplum: clauam ac thoracē uulcanus dedit: uterq; inſigne ſuæ artis opus. Nam altera rem ad uſum pacis uoluptatemq; conceſſat: alter ad belli pericula euitanda. Neptūnus inſuper equos donauit. Mer curius enſem. Apollo arcum: quo & uti docuit. Ceres ad expiandam cen taurorum cædem: quædam parua myſteria celebrare monſtrauit. Rem

præcipuam circa huius dei genus licet aduertere. Iupiter primam morta lem foeminam niobem phoronei cognouit. Vltimam ſemelem: quã ſex tamdecimam a Nyobe ſcriptores genitam tradunt: a cuius primum ma ioribus gignere homines cæpit: in eaq ipſa deſiit. Poſt hanc nullius ap petiit concubitum mortalis neminem ſperans huic ſimilem fore nolenſq melioribus immiſcere deteriora: poſtea circa inſulam palenẽ gigantibus bello celeſtes laceſſentibus hercules pro diis pugnãs multis ex hoſtibus interfectis maximam gloriam adeptus eſt. Iupiter eos: qui ſibi aſtiterant deos tantũ olympios appellauit: ut hoc cognominis honore bonus a ma lo ĩternoſceretur. Eodẽ quoq cognomine ſolum Dionyſium herculẽq ex mortalibus foeminis ortos dignatus eſt: non ſolũ quia ab ſe nati erãt: ſed propter parem uirtutis emulationem: cum uterq multis mortales be neficiis affeciſſet. Iuppiter prometheum: qui hominibus ignem dederat uinclis alligauit aquila prope poſita: quæ illius iecur depaſceretur. Hanc hercules illius miſeratus poenam: qui ob beneficium hominibus impen ſum plectebatur ſagytta peremit. Iouiſq iram mitigans benefactorum ſocium exemit a cruciatu. Labor deinceps eſt ei iniunctus diomedis thra cis equos deducendi. Erant equorum præſepia ob equorum feritatem ærea: ferreis cathenis equi uiribus præualidis uinciebantur. Cibis alebã tur non his: quos terra ferat: ſed hoſpitũ eo diuertentium carnibus: hos cupiens hercules abducere primo diomedem cæpit: deditq ſuo exẽplo equis comedendum. Manſuetiores deinde factos ad ſeq adductos Euri ſteus iunoni ſacrauit. Quorum genus uſq ad macedonem alexandrum permanſit. Cum iaſone poſtmodum ad uellus aureum rapiendum naui gauit in cholchos: ſed de argonautis poſterius dicetur. Acceptis inſuper ab euriſteo mandatis hercules: ut cingulũ hippolytæ amazonis afferret: aduerſus eam cum exercitu profectus: ad euxinum põtum nauigauit. Ac per oſtia thermodontis fluuii ingreſſus prope Themiſcyram: ubi amazo num regia erat: caſtra poſuit. Primo cingulum ab eis poſtulat: ſed ubi re nuentes intellexit: armis agendum cenſuit. Amazonibus exercitui hercu lis oppoſitis quæ nobiliores bello erant: herculem ſolum acri certamine appetiuere. Et primum Aella: quæ ex uelocitate id nomen traxerat: cum ueblociorem ſe reperiſſet pugnans occubuit. Secunda phillyppiſ e ueſtigio in primo congreſſu unico uulnere cecidit. Poſt hanc parthoes: quam ſep ties ex prouocatione hoſtem ſuperaſſe aiebant inita pugna eſt interẽpta Quartam deinceps Eribiam: quæ bellicis rebus expertam fortitudinem

præſe ferens aliorum auxilium renuebat:opinionē deceptam cum fortio
rem offendiſſet hercules interfecit. De hinc celeno Euribia phoebes Ar
temis uenatrix ab eo peremptæ.poſt has deianiram Aſteriam Marpem
Thermeſſam Adippem deuicit. Q uæ cum uirginitatē ſeruare iuraſſet
iuſiurandū ſeruauit. Vitam nequaq̄ ſaluare potuit. Menalippe quæ ama
zonibus præerat præcipua excellens fortitudine imperium abiecit. Her
cules clarioribus ſublatis multitudinem in fugam uerſam inſecutus ama
zonum gentem deleuit. Ex captiuis Anthiopem theſeo largitus eſt. Me
nalippæ ſublato baltheo ſalutem dedit. Decimus deinceps labor ab Eu
riſteo herculi iiunctus:ut gerionis boues:qui in hyberia loca uerſus ocea
num ſita paſcebantur ad ſe deduceret. Hercules ſciens hunc laborem ma
gni difficiliſq; eſſe certaminis:exercitum præparauit huic aptum expedi
tioni. Vulgata erat per orbē fama chryſeum: hoc enim a diuitiis nomen
traxerat:qui uniuerſæ hyberiæ imparet tres habere ꝓpugnatores filios
tum robore corporis:tum armis egregios. Exercitum præterea cuilibet
fortiſſimorum militum eſſe. Q uarum rerum gratia motus Euriſteus exi
ſtimans eam fore difficilem expugnationem hoc herculi certamē indixit.
At ille priorum ab ſe geſtorum memor fidēter id periculum adiens exer
citum increta coegit:exiſtimans inde facile ſe copias traducturum. Opti
me enim ſita inſula eſt: ex qua in uniuerſum orbē exercitus educi poſſit.
Verum antæa herculi cretenſes cumulatiſſimos honores impenderant:
quibus ductus in horum gratiam omnem feris beluis inſulam ita purga
uit:ut nullum agreſtius animal in ea deiceps neq; urſus:neq; lupus: neq;
ſerpens:neq; aliud quid ſimile ſit repertum. Hæc ideo merita in inſulam
contulit:q; iupiter ibi natus altuſq; fuerit. Ex ea igitur in libyā nauigans
Antheum primo corporis robore ac paleſtra præclarum. multos enī ex
ternos ſecum certamine cōgreſſos occiderat: ad pugnā prouocatum per
emit. Tum in libya feris beluis plena nonnullas quas ſubegit oras ita do
meſticas reddidit:ut agrorum cultura plantis fructiferis uitibus oleis fer
tiles redderentur. Ita libyam antæa ob feras multiplices infeſtam ac de
ſertam adeo habitabilem cultamq; præbuit:ut nulli alteri regioni cæde
ret foelicitate. Eodem pacto ſceleſtis nefariiſq; hominibus ſuperbia inſu
per elatis pricipibus morte ſublatis urbes reddidit foelices. Tradūt her
culē adeo feras beſtias hominesq; impios odiſſe atq; oppugnaſſe: q; ſer
pentes ſe adhuc infantē interficere uoluiſſent:quodq; uir factus imperiū
ſubiecit ſupbi atq; iniuſti domini ea certamina imperantis. Poſt Antæi

mortē in ægyptum tranſiens buſiridem occidit regem hoſpitum cæde ad ſe accedentium craſſantē. Cum tranſiſſet loca arida libyæ inuento ube re ſolo urbem condidit a multitudine portarum: quæ in ea erant centum portarum appellatam: eius urbis ſtatus uſꝗ ad poſteriora permanſit tē pora: quibus carthaginenſes maximis copiis urbē ab ſe expugnatam cæ pere. Peragrata maiori libyæ parte hercules ad oceanū: qui eſt ad gades peruenit. Ibiꝗ ab utraꝗ continentes parte columnis poſitis in hyberiā cum exercitu tranſiit. Chriſauriꝗ filios tribus magnis exercitibus fiden tes ſingulari prouocatione ſuſtulit. Cepta hyberia greges boum ſecum adducens iterꝗ per hyberiam faciens. Cum quidam eius gētis rex uir iu ſtus præcæteris ac probus eum magno honore excepiſſet: partem boum regi dono dedit. Quos ille herculi dicans ſingulis annis ex his pulchrio rem illi tauꝝ ſacrificauit. Hos ſacros in hyberia boues uſꝗ ad noſtra tem pora conſtat perſeueraſſe. Poſtꝗ̄ columnarum herculis meminimus uide tur de his amplius paulo dicendum. Montes ab utroꝗ latere cōtinentis mari oceano īminent: In quibus ſtatuit columnas. Cupiens autem ſempi ternum ſui nominis monumentum eſſe aiunt utrunꝗ montem congeſta humo adeo ampliaſſe ut oceani maris aditum ante inter utrunꝗ cōtinen tem latum arctiorem lōgioremꝗ redderet. Quo magna cæte in noſtrū pelagus adire nequirent. Vtꝗ ad poſteros perpetua eius operis gloria manaret. Tradunt alii coniunctis prius montibus ab eo effoſſis paruum oceanum ad noſtrum mare factum. Verum hæc cum ſingulis liceat ex uo luntate credere extimationi hominū reliquenda ſunt. Sed tamen antæa huic ſimile opus in græcia effecerat. Nā a locis quæ tempe appellantur ubi late ſtagnabat in cāpis aqua: ducta foſſa aquā deduxit. Theſſaliæ cir ca peneum fluuium campos fertiles præbens. In boetia ſecus egit. Nam alueo Minei fluminis effoſſo omnem regionem ſtagnātem īutilemꝗ red didit. Sed theſſalie opera in græcorum gratiam acta ſunt. Aduerſus ue ro boetios impenam mirigadam urbem incolentiū ultionemꝗ quos illi ī ſeruitutem redegerāt thebanorum hyberorum regno optimis eiuſ regio nis uiris tradito cum exercitu in celticam galliā profectus eſt: omniꝗ per agrata prouincia infandum interficiendoꝝ hoſpitū morem ſuſtulit. Cū ingens ex omnibus gentibus eum exercitus ſequeretur: urbem condidit amplam: quam appellauit Alexiam plurimis ex propinquis īcolis ſpōte in ciuitatem confluentibus: qui cum reliquam multitudinem ſuperarent eueſtigio urbs ad barbaros mores defluxit. Hāc urbem celtæ etiā nunc ī

honore habēt:tanq̄ omnis celticæ metropolim. Permanſit hæc urbs ab
eius conditore hucuſq; libera ac ſui iuris: poſtmodum a.C.Cæſare:qui
propter res geſtas deus dictus eſt:ui capta romanorum īperio cum aliis
celtis ceſſit.Ab his hercules in italiam tendens iterq; per alpes faciens
ita difficilem aditu aſperamq; uiam ſtrauit: ut poſtea exercitibus cum iu
mentis impedimentiſq; facile iter eſſet.Barbaros montanos infeſtos trāſ
euntibus latrociniiſq; aſſuetos occiſis eorum ducibus deleuit poſteris red
dita itineris ſecuritate:tranſcendens alpes & eam quæ nunc galatia uoca
tur per liguſticos tranſiit patriam aſperam ac omnino duram:multoque
etiam incolarum labore ac ſtudio paucos ferentem fructus.Q ua ex re ro
buſti homines ſunt ualidiq; corpore.Cibi enim paucitate colendorumq;
agrorum labore agiles ac leues exiſtunt:& in bello uiri præcipue fortes.
Hi cum ultra cæteros continuo agrorum exercitio fatigentur: & foemi
nas quoq; ruſtico operi aſſuefecerunt. Operis tum uirorum tum mulieꝝ
inuicem prætio conductis:mirabile noſtris unius foeminæ factum conti
git.Q uæ prægnans cum uiris opus mercede faciens ingentibus partus
doloribus abſceſſit inter uirgulta:ibiq; abſq; eiulatu infantem editum fo
liiſq; inuolutum cum abſconditum dimiſiſſet ad opus nihil de partu lo
cuta rediit.Sed re ad uagitum infantis cognita:qui operibus præerat nō
permiſit matrem a labore quieſcere:donec tādem infantis miſertus præ
bita mercede mulierem dimiſit:hercules liguribus ac tyrrenis relictis ad
Thyberim fluuium: ubi nunc roma eſt: multis poſtea ſeculis a romulo
martis filio condita peruenit. Tenebant tunc ab origines :quod nunc pa
latium appellant urbem penitus paruulam incolentes. Inter præſtantio
res potitius & pinarius erant:qui herculem ut hoſpitem magno honore
doniſq; ſuſcepere.Horum uirorum monumēta uſq; ad hanc ætatē romæ
permanent.Nam inter nobiliores habentur pinariorum tanq̄ uetuſtiſſi
mum genus:potitiorum in palatio codeæ deſcēſus eſt lapideæ. Ab illo
potitia dicta propinquo domui:quæ tunc potitii fuit.Hercules ad bono
rem ſibi a palatinis īpēſum dixiſſe fertur eos:qui ſibi poſtq̄ ad deos trāſ
latus eſſet decimam bonorum dicarent uitam foelicem uicturos. Q uod
& eueniſſe uſq; ad hoc tempus conſtat.Multi enim romanorum non ſo
lum mediocri cenſu:ſed qui ditiſſimi ſunt habiti: decimas herculi uoue
runt:poſteaq; fortunatiores facti bona ſua ad quattuor talentorum milia
herculi ſacrarunt.Lucullus romanorum ferme ditiſſimus extimatis bonis
decimam herculi partem dedit:epulas præbens continue ac profundēs

multa. Templum inſuper iuxta Thyberim egregium herculi condidere romani in quo ex decimis ſacra deo offerunt. Deinde a thyberi profectus per littus italiæ ad Cumeum deuenit campum: in quo tradunt fuiſſe homines admodum fortes & ob eorum ſcelera gigantes appellatos. Cāpus quoq; ipſe dictus flegreus a colle: qui olim plurimum ignis inſtar ætnæ ſiculi euomens nunc Veſuuius uocatur multa ſeruans ignis antiqui ueſtigia. Cognito herculis aduētu gigantes inſtructis copiis omnes ei obuiā profecti ſunt. Acriq; cōmiſſa pugna. pollebant enim uiribus: ferunt diis adiutoribus ſuperiorem herculem pluribus illorum interfectis eam regionem omni feritate purgaſſe. Traditur gigantes terra dici genitos ꝓpter corpoꝝ ingentem molem. Hæc de gigantibus qui in phlegra deleti ſūt: a nonnullis: quos Timeus rerum ſcriptor ſequitur: feruntur. Ab his locis uerſus mare profectus opus exegit iuxta ſtagnum: quod auernum appellant: īter miſenum ac dicearcheos prope calidas aquas proſerpinæ ſacrū. Eius ambitus ſtadioꝝ eſt quinq; profunditas incredibilis: ut cū ſit aqua clariſſima: cerulea uideatur. Ferūt in eo priſcis temporibus quod poſtmodum fieri deſiit inferos euocari ſolitos. Effluente in mare ſtagno ferunt herculem ex aggerata terra fluxū clauſiſſe: uiamq; deſuper iuxta mare factam herculeam poſtmodum eſſe uocitatam. Hinc digreſſus peruenit ad quādam in agro poſidoniatorum petram: ubi fabulantur miraculū quoddam accidiſſe. Erat uenator in regione: quæ dicitur andragathia ſolitus antæa eorum quæ cæperat capita ac pedes dianæ dicata arboribus affigere. Cum aprum ingentem cæpiſſet contempta dea ait: ſe caput ſolum dicaturum: arboriq; cuipiam ſuſpenſo: cuū meridianū æſtum deuitans ſub arbore quieuiſſet in ſomnum incidit: tum ligaculo ſua ſponte diſſoluto caput decidens hominem peremit. Non admirabuntur id factum fortaſſe homines: cum ſit memoriæ traditum: hanc deam multos iam impios merita poena mulctaſſe. At uero herculi ſecus ob pietatem contigit. Nam cum ad fines reginorum ac lochrenſium perueniſſet: deq; uia feſſus quieſceret: cicadarum ſtrepitu perteſus deos oraſſe fertur: ut eas īde ammouerent: Exaudita præce non ſolum tunc: ſed poſtmodum cicadæ nunq̄ ſūt in his locis repertæ. Ad mare deinde cū deſcendiſſet apprime anguſtū ut pote tredecim ſtadiis latum ſicut Timeus aſſerit boues quidem nādo in ſiciliam appulere. Ipſe cornu bouis innixus mare traiecit. Cupiens autem circuire ſiciliam a peloro ad ericem cum perueniſſet perābulant: litus ferūt nymphas ei calidas aquas in requiē corporis paraſſe: q̄ cū duplices

eſſēt: hæ imertæ geptææ alteræ a locis ſunt denominatæ. Appropīquātem ſuæ ditionis locis herculem ad paleſtram prouocauit. Erix uenerīſ ac butæ eius ore regis filius. Orta præmii contentione: cum erix patriam: hercules præmium certaminis boues offerrent: indignatus primum Erix dicitur boues minoris exiſtimationis ſuæ regioni comparari: herculem uero reſpondiſſe boues ſibi pluris eſſe: quibus ſi priuaretur immortalitatem eſſet amiſſurus. His aquieſcens erix in eo certamine uictus patria ſpoliatus eſt. Eam poſtmodum incolis liberam ea conditione dedit: ut fructibus illius fruerētur quoad aliquis ex ſuis poſteris ad ea loca tranſiret. Quod & ita contigit. Multis enim poſtea ſeculis dorieus lacedemonius ad ſiciliam nauigans ea regione recepta hiracleam urbem cōdidit. Quæ cum breui creuiſſet opibus cartagīnēſes tum inuidia: tum timore ne quādo uiribus aucta phoeniceorum imperiū deleret magnis copiis ad ſe obſeſſam captamq; euertere. Sed de his ſuo loco ſcribetur latius. Circundata ſicilia cum ad loca: ubi nunc ſunt ſyracuſæ perueniſſet: auditis quæ de proſerpinæ raptu feruntur: & deabus illis ſacrificauit: & in Cyane præſtanti forma illis taurum dedicauit. Accolas inſuper quot annis ſacra proſerpinæ facere ac in Cyane dies feſtos agere ſacriſq; deam colere docuit. Deinceps per mediteranea iter cum bobus faciens ſicanos ei inſtructo exercitu obuios commiſſo acri certamine deuicit multis ex hoſtium numero cæſis: in quis dicuntur quidam præclari duces qui uſq; ad hoc tēpus heroum honores aſſecuti ſunt occubuiſſe. ſ. Leucaſpis pedicrates buphonus glychatas: buteus: & crytides. poſt hæc per leontinum agrum pergens pulchritudinē eius regionis admiratus apud eos: a quibus honore exceptus eſt: æterna ſui reliquit monumēta. Agyrenei uelut olympios deos feſtis diebus ſacriſq; herculē coluere: & lic& antæa id prohibuiſſet: tunc tamen primū ſuadēte demonio tanq̄ īmortalitatis præſagiū id fieri paſſus eſt. Cum haud procul urbē iter ſaxoſum eſſet: boues ſaxis tanq̄ ceræ ueſtigia impreſſerunt. Quod ſimile & ipſi herculi cum accidiſſet exiſtimans decimo iam conſumato labore aliquid ſibi īmortalitatis deberi impēſa ſibi annua ab incolis ſacra libēs accepit. Vt igitur gratiā bene de ſe meritis referret: lacū ante urbē effodit quattuor ambitus ſtadiorum: quē a ſuo nomine uocari iuſſit. Idē & loco ubi boum ueſtigia īpræſſa ſūt nomē īdidit. Tēplo gerioni cōſtructo: quod adhuc honorāt īcolæ Iolao quoq; nepoti tēplum ædificauit: oſtenditq; quomodo honores ei ac ſacra ānua fierēt uſq; ad hoc tempus ſeruata. Omnes enim eam incolētes urbem ab

ipſorum ortu iolao ſacras nutriunt comas: quoad ampliſſimis uictimis eū ſibi deum propitium reddant. Tanta uero eius templi maieſtas habetur reuerentiaq̧: ut qui aſſuetis deficiant ſacris pueri muti euadant & mortu is ſimiles. Idē ſi uouerint ſolita ſacrificia ſuſcepto uoto ſtatim fiūt a mor bo liberi. Eius regionis incolæ portam: qua hæc celebritas ſacraq̧ prodi bant heracleam uocitarunt. Paleſtre inſuper equorumq̧ certamina quot annis ad quæ publice omnes ſerui liberiq̧ conueniunt inſtituere. Docue re & ſeruos priuatī deum colētes choreas ducere: epulaſq̧ ſimul ac ſacra celebrare deo. Hinc hercules cum bobus in italiam profectus cum iuxta litus progrederetur laeinum furem boues furantem peremit. Crotonem uero cum inuitus cecidiſſet. Sepulchro ei conſtructo ſepeliuit egregie in colis prædicens futurum tempus: quo ibi ciuitas inſignis ex mortui no mine conderetur. Ipſe pedibus adriaticum ſinum circunuectus in epyrũ primo tranſiit: deinde in peloponeſum. Decimo labore perfecto ab Eu riſteo præcæptum eſt: ut ab inferis cerberum ad ſuperos educeret. Ad hoc opus ſumpto conſilio athenas uenit: initiatuſque eſt eleuſinæ myſte riis. Quibus præerat Muſeus orphei filius. Quoniam uero in orphei nomen incidimus: haud ab re erit paucis de eo ſcribere. Orpheus thrax genere filius Iagri doctrina melodiaq̧ ac poeſi exceſſit omnes: quorum extet memoria. Et enim poema mirandum edidit: & ſuauitate cantus præcæteris darus adeo fama excreuit: ut melodia feras arbores ad ſe audi ēdum allicere diceretur: doctrinæ deditus cum theologiæ operam impē diſſet in ægyptum trāſiit plurimarumq̧ ibi rerum ſciētia percæpta græ corum doctiſſimus: tum in deorum cerimoniis: tum in theologia: tum in poematibus cantuq̧ eſt habitus. Nauigauit inſup cum argonautis: obq̧ uxoris amorē ad inferos deſcendēs a proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit: ut defunctam uxorē ab inferis excitaret. Quod & antæa fe cerat Dionyſius: quē dicūt matrē ſemelē ab inferis quoq̧ eductam īmor talitateq̧ donatam theonē denominaſſe. Nunc ad herculē reuertamur: qui ut ferunt fabulæ: inferos cum adiiſſ&: a proſerpina ueluti frater rece ptus Theſea ex uinclis cum perithoo ſolutum fauēte ſorore ſuperis reſti tuit. Cerberum inſuper uictum præter opinionē aſtrahēs ad hominum conſpectum deduxit. Vltimo ei labore indicto mala heſperidum aurea afferendi: in libyam tranſcēdit. Verum de his pomis non idem ſcripto res ſentiunt. Aſſerunt quidam in libyam in heſperidum ortis mala aurea a terribili dracone aſſeruari. Alii pecudū greges exquiſita pulchritudine

heſperides habuiſſe: quæ ob decorem a poetis aureæ dictæ ſint: quēad
modum & Venerem ob egregiam formam auream appellant. Nonnulli
eas pecudes colore auro ſimili fuiſſe uolunt: eoq; hoc appellatas nomine.
Draconem uero extitiſſe paſtorum curam: qui ui corporis fortitudineque
præſtātes cuſtoditis gregibus latrocinia probiberent. Sed hoc pro arbi
trio accipiant legentes. Horum cuſtode interfecto Hercules aurea poma
ad Euriſteum cum adduxiſſet. pro tot exactis laboribus expectabat: ſicut
Apollinis prædixerat oraculum immortalium uitam. Non ommittendū
uero nobis uidetur: quæ de athlante & heſperidum genere in fabulis fe
runtur. Fuiſſe in heſperia tradunt fratres duos fama celebres heſperum
atq; athlantem. Hos habuiſſe oues decoras fere colore aureo ac rubicun
do: a quo eas poetæ aurea mala dixere. Ex heſpero ortā filiam dicunt no
mine heſperis: quæ fratri nupſit: & ab ea regionem heſperiam nomina
tam. Ex hac athlas ſeptem genuit filias: quæ a patre athlātides: a matre
heſperides dictæ ſunt. Hæ cum forma ac prudentia excellerent: buſiris
ægyptiorum rex cupiditate captus uirginum pyratas ad eas oras miſit:
ut ab ſe raptas uirgines aſportarent. Quo tempore & hercules ſecundū
laborem conſumans Antheum in libya hoſpites paleſtra ſuperantem oc
cidit. Buſiridē uero in ægypto mactatos aduenas ioui ſacrificantem me
rito affecit ſupplicio. Deinde per nilū in æthiopiam profectus Emathio
nem æthiopum regem prælio uictum occidit. Poſtremo iterum ad certa
mina conuerſus prædones qui puellis in orto quodā dum luderēt raptis
inq; nauibus poſitis ſubito aufugerāt inſecutus in littore quodā depræ
henſos interemit. Virgines athlanti reſtituit patri. Quo beneficio mo
tus athlas nō ſolū dignis facto muneribus donauit herculē: ſed aſtrolo
giā īſuper docuit. In qua cum operā curāq; īpendiſſet præcipuā: ob ſpe
ram aſtroꝝ abſe adinuentam: orbē ſuis ferre humeris extimatus eſt. Her
cules quoq; cum ſperam ad græcos tranſtuliſſet: magna eſt gloria poti
tus extimantibus eum omnibus athlantico orbi ſucceſſiſſe. His occupato
hercule quæ ſupfuerant amazones aiunt circa Thermodonta fluuiū un
diq; conueniſſe ad bellum græcis inferendū. Nam græcoꝝ a quibus her
cules profectus bello ipſas ſuperaſſet: ſed maxime athenienſiū īiurias ob
eaꝝ reginam Antiopem: alii hippolitam tradunt a theſeo captā: ulciſci
cupiebant. Itaq; ſcytaꝝ auxilio fretæ: adiutæq; uiribus magno cū exerci
tu per Cimmericum nauigantes boſphorum in thraciam: inde per euro
pam in agrum athenienſem tranſeuntes caſtra in his locis: qui poſtea

àmazonii appellati ſunt poſuere. Theſeus earum tranſitu cognito ciuiū
coactis copiis aduerſus hoſtes una cum antiope amazone ex qua filium
ſuſceperat hippolytum proficiſcitur. Cōmiſſo certamine athenienſiū du
ce Theſeo uictoria fuit. Amazonum pars interfecta eſt. pars athenienſi
um agro pulſa. Antiopes quoqꝫ ꝓ uiro acriter pugnans occubuit. Quæ
ex prælio ſuperfuerunt amazones deſperata patria in ſcythiam diuerte
re: ſed quoniam de his ſatis antæa ſcripſimus: ad herculis redeamus ge
ſta. Peractis ab eo laboribus reſpōſoqꝫ ab diis accepto conferre plurimū
ad conſequendam īmortalitatem coloniā ad ſardos ab eo mitti: filioſqꝫ
ex theſpiadibus ſuſceptos coloniæ præfici duces. Iolaum nepotem cum
filiis: adoleſcentiores enim erant deſtinauit. Neceſſe uidetur nobis quo
magis huius coloniæ origo conſtet horum filiorum genus referre. Theſ
pis uir fuit nobilis athenienſis ericthei filius: qui imperans ei quæ ab ſe
denominata eſt regioni: ex pluribus foeminis filias genuit quīquaginta.
Hercules puer adhuc ſed robore præſtans corporis cupiens ex eis prolē
ſuſcipere uocato ad ſacrificium patre cum opipare illi epulas paraſſet: ac
cerſitis filiabus ſingulatim recognouit omnes. ex quibus geniti quinqua
ginta mares omnes eiuſdem ferme ætatis communi nomine theſpiades
dicti ſunt. Hos decreuit in coloniā mittere iuxta oraculi reſponſum præ
fecto claſſis iolao exercitu tradito & theſpiadū & coloniæ deducendæ cu
ram hercules permiſit. Ex quinquaginta liberis duo thebis manſere quo
rum progenies etiam nunc dicitur in honore eſſe ſeptem Theſpiis quos
demuchos appellant. Poſteri: quorum ad hæc uſqꝫ tēpora ciuitatis habē
tur principes. Reliquis pueris multiſqꝫ præterea uoluntariis ad ædificā
dam coloniam aſſumptis. Iolaus in ſardiniā nauigans priorem īſulæ par
tem cāpeſtrem ſcilicet tenuit iolaeam ab eo hodie quoqꝫ dictam. Eam re
gionē cultiorē arboribuſqꝫ fructiferis uberem cum effeciſſet bellicoſā etiā
reddidit. Adeo enim hæc inſula fructuum copia celebrata eſt: ut cartha
ginenſes poſtmodum multa certamina periculaqꝫ pro ea ſubierint potiū
da: ſed de his ſuo loco dicetur. Iolaus colonia condita cum e ſicilia dedalū
accerſiſſet: eam pluribus præclaris operibus: quæ nunc uſqꝫ permanent:
atqꝫ ab artifice appellantur Dedalia: exornauit: Gymnaſia inſup magna
erexit ac ſūptuoſa. Iudicia quoqꝫ ac cætera quibus ciuitas diuturnior eſſet
ac foelicior īſtituit populos ab ſuo nomine theſpiadibus: qui eū ut patrē
colebant: hunc honorē concedentibus Iolaos appellauit. Nā ꝓpter illius
in ſe parentis officia adeo eum dilexere: ut ipſum genitoris cognomine

uocarint. Quo accidit: ut qui poſtmodū ſacra ei deo facerent: Iolaum appellarent patrem: quemadmodum perſæ Cyrrhum. Rediens deinceps in græciam Iolaus inq̃ ſiciliam nauigans aliquandiu permanſit in inſula. Quo tempore plures qui cum eo acceſſerant capti locorum amenitate ſicaniſq̃ permixti in inſula remanſere ſummo ab incolis honore accæpti. Iolao: cum gloria præclarus eſſet: multaq̃ diuerſis in locis ſui reliquiſſet beneficii monumenta: & templa & deorum honores plures ciuitates tribuere. Verum in ea colonia mirabile quid dictu accidit. Reſpōſum enim a deo datum eſt: eam coloniā perpetuam libertate fore: quod noſtra ad uſq̃ tēpora uerum conſtat fuiſſe. Nam cum eius urbis populus increbreſcentibus in ea tēporis diuturnitate qui colonos numero ſuperabant barbaris ipſe quoq̃ barbarus effectus ſe ad montana aſperaq̃ contulit loca: ubi habitaculis terreſtribus humo effoſſa lacte ac carne armentorumque: quorum plurima apud eos erat copia: uitam ducentes procul a bellorum diſcrimine aberant. Itaq̃ & carthaginenſes poſtea & romani fructra eos armis ſæpius appetiuere. Verum ad herculis acta proxima ſuperioribus reuertatur oratio. Cum is omnia abſoluiſſet certamina. Megaram uxorē Iolao propter parentis erga liberos ſuos officia conceſſit: exiſtimans amplius ex ea liberos ſuſcipere calamitoſum fore. Ad prolem uero procreādam alteram minime ſuſpectam quærēs iolem euriti filiam in echalia dominantis petiit: qui megaræ repulſā ueritus ſuper eo matrimonio ſe conſulturum reſpondit. Hercules fruſtratus ſponſa iniuriaq̃ motus Euryti abegit equos: Iphytus Euryti factum ut erat ſuſpicans: cū ad equos inueſtigandos in tyrinthum ueniſſet: uiſus eſt ab hercule turrim quandā altam aſcendere ſpeculatū ſicubi forte equi paſcerētur. Sed cū nullos aſpiceret: dicens falſo culpatū ſe furti hercules de turri præcipitē Iphitū dedit. Ob huius mortē hercules ī morbū cū incidiſſet: in pilū ad neleū profectus eſt hortans ut ſe mundaret a cæde: hic cum filios conſuluiſſet oēs præter Neſtorem iuniorem: minime purgandum eſſe cenſuerunt. Tum hercules ad deiphoebum hippolyti filium adiens ut purgaretur ſuaſit. Sed cum nequaq̃ ſanari poſſet: deq̃ morbi cura Apollinē conſuleret: reſponſum eſt facilem eius ualitudinis curam fore: ſi iuſto uenderetur prætio: pecuniaq̃ exinde redacta Iphyti liberis daretur. Coactus igitur oraculi reſponſo parere cū quibuſdā amicis in aſiā nauigans ſpōte ſua a quodā ex amicis uenūdatus ſeruus ōphalæ uirgīs factus filiæ Iardane eoꝝ reginæ: qui aliquando meonii: nunc lidii dicuntur prætiū Iphiti filiis cū

datū eſſet priſtina ualitudine recuperata Omphale ſeruiens omnes eius regionis latrones ſubſtulit. Cecropas qui dicebantur prædones regioni infeſtos partim peremit: partim omphale uinctos tradidit. Syleū raptos ab ſe uiatores ad opus uinearum cogentem ligone percuſſum cecidit: Itonas latrocinantes Omphale patriam compeſcens urbem eorum receptaculum expugnatā captāq; diruit. Cognita herculis uirtute: & quis eſſet: Omphale & liberum fecit: & ex eo genuit filium lamonem. Suſceperat uero & antæa ſeruus ex ſerua Cleolaum. Poſt hæc: cum in pelopōneſum tranſcēdiſſet ad troiā cum exercitu contra Laumedontē regē profectus eſt. Hic cum Iaſone prius militauerat ad uellus aureū promiſſiſq; ob marinū monſtrum ab ſe occiſum equis fruſtratus eſt. Quibus de rebus paulo poſt inter argonautas dicemus. Iaſon cum bello occupatus poſt modū oportunitate capta troianis arma intulit cum nauibus ut aiunt quidā magnis decem & octo ut homerus tradit ſex filium tripolemum introducēs dicētem. Herculem patrē equorum laumedontis gratia cum ſex nauibus paucíſq; uiris Illii cæpiſſe ciuitatem: & uiris patriam orbaſſe. Veniens ad troiam hercules cum optimis millitum præcæſſit ad urbē Oicleo amphiarii filio præfecto claſſis relicto. Laumedon improuiſo hoſtium in curſu præuentus copias pro temporis anguſtiis comparatas ad oppugnandas naues duxit: ſperans ſi illas incendiſſet: finem ſe bello poſiturum. His occurrens Oicleus commiſſo prælio occubuit. Reliqui ad naues refugiētes claſſem procul a terra abegerunt. Laumedon reuerſus inito prope urbē cum Herculis exercitu prælio & ipſe & multi præterea pugnantes cecidere. Hercules ui capta urbe multos iure belli īterfecit: Priamo: ſolus enī filiorum patri conſuluerat: equos Herculi pollicitos tradendos: quoniam iuſtus uideretur: regnum Ilienſium permiſit. Telamonem coronauit ob egregia uirtutis merita tradita ei heſione laumedontis nata. Hic enim ui primus urbem intrarat: cum hercules firmiſſimam muri arcis partem aggrederetur. Deinde rediens in peloponneſum militauit obnegatū præmium aduerſus Angeam. Commiſſa cum elienſibus pugna re infecta ad olenum rediit. Huius filia hippolita: cum axanio nupſiſſet: cænans cum cæteris in nuptiis Herculeis Euritionem centaurum conſpecta eius cui uim inferebat iniuria interemit. Redeuntem in tyrinthum Herculem Euriſteus ueluti ſibi inſidiantem accuſans ex tyrintho una cum alcmena Ephideaq; ac Ioalao abire iuſſit. Coactus recedere cum his ad archadiæ phineū diuertit. Inde motus cū audiſſet pompā ex ælide neptunno ad

Iſthmum mitti: cuius Euritus Angei dux erat. Euritū iuxta cleonā ubi nuncē herculis templum necauit. Deinceps bello aduerſus Aelim moto occiſoq; Angea rege: atq; urbe ui capta phileo angei filio regnum tradidit. Fuerat hic antæa a patre pulſus quoniam arbiter inter eum & herculem factus præmium herculi dandū cenſuiſſet. hippocoon poſtmodum ex ſparta pepulit Tindarei fratrem. Eonium uero licymnii herculis amicum hippocoontis filii uiginti numero interfecerunt. Qua re incenſus hercules cum exercitu illos adhortus acri cōmiſſa pugna uictoria potitus eſt: plurimiſq; eorꝶ occiſis ſpartæ ui captæ tīdareū. Caſtoris ac pollucis patrem regem præfecit ſtatuēs: ut ad eius poſteros regnū ſpectaret. Ex herculis exercitu pauci admodū cecidere: in quis ſtrenui fuerūt uiri. Iphitus: thipheus. Eiuſq; decem & ſeptem numero filii. Tres enim tantū ex uiginti ſuperfuerunt. Ex hoſtibus uero & ipſe hippocoon & decem filii occubuerūt: magnuſq; præterea ſpartiatarꝶ numerus. Ab hac expeditione in archadiam regreſſus ad aleum regē diuertit. Ibi cum filiā angeā ab ſe clam cognitam grauidā reliquiſſet ad ſtiphalon trāſiit. Aleus tumore uentris filiæ cognito quæſiuit quis eam corrupiſſet? Ab hercule ut erat uim illatā ferente fidem dictis abnuens pater cuidā Nauclero amico ī mari mergendam dedit. Illa in nauim deducta cum eſſet iuxta parthenium montem urgentibus partus doloribus in proximā ſiluam tanquā ad rem neceſſariam deſcendit: ibi cum peperiſſet infante inter uirgulta abſcōdito ad nauigulam rediit. Cūq; ad Ennaplium archadiæ portum perueniſſet: ſalutem eſt præter ſpem cōſecuta. Nauicularius enim illam mergere iuxta patris præceptum noluit. Sed dono dedit quibuſdā ex caria ī aſiā profecturis. qui angeam ſecum uehentes regi miſiæ Teuthranti tradidere. Infantem in parthenio a matre relictū paſtores quidam corithi regis cum repperiſſent a cerua exhibito ubere nutriri: infantē ad regem detulerunt quem corytus ut filium educans Telephi: eo q; fuerit a cerua nutritus: nomen dedit: hic uir factus matrē inueſtigans uenit in delphos: reſponſoq; accepto: ut in myſiam nauigaret ad Teuthrantum regē inuenta matre cognitoq; cuius eſſet filius magno ī honore habitus eſt. Teuthrātus liberis maſculis orbatus Argiopē natam Telepho deſpondit: inſtituitq; ſucceſſorem regni. Hercules cum in pheneo quinquennio fuiſſet: filiorum licymnii Iphidiſq; fratris interitū egreferens ſponte ex archadia ac peloponneſo abiit. Cum plures eum archades ſequerentur: in calydonem ſecæſſit. Non proles ei legittima: nō uxor erant. Deſponſauit ergo

deianiram oenei filiam meleagro: de quo haud ab re erit paucis ſcribere iam defuncto Oeneus in magna frumenti copia cum cæteris diis ſola diana neglecta ſacrificaſſet irata dea calidonium aprum īgenti magnitudine celebrem ad uaſtandam late patriam propinquam īmiſit. Ad hunc delēdum Meleager ætate uiribuſq integer pluribus aſſumptis ſecum ſociis aprum iaculatus occiſæ beſtiæ præmium: id erit animantis pellis: omniū conſenſu tulit. Cum in uenatione athlanta Schinei affuiſſe filia eius amore captus pellem ueluti laudem occiſæ feræ ſibi conceſſit. Quod factum qui una uenati fuerant theſtii filii ægreferentes aduenam eis foeminam præferri improbato meleagri facto athlantæ per inſidias: cū in archadiā rediret: pellem abſtulere. Meleager tum amore motus: tū incenſus ignominia athlantæ auxiliū ferens primū raptores: ut uirtutis ab ſe datū mulieri præmiū reſtituerent: hortatus eſt. Eius uerbis contemptis omnes: ii erant Althææ: fratres necauit: illa ſuorū cæde moeſta meleagrū execrata eſt ab diis īmortalibus: qui eius uotū exaudierunt: filio mortē imprecata. Fabulantur quidā Meleagri ortu parcas noctu in ſomnis althææ dixiſſe: tunc uitæ meleagri filii finē fore: cū id lignū: is torris extīctus erat: cōbureretur. Orto puero exiſtimans in eius ligni cuſtodia filii ſalutē cōtineri diligenter cuſtoditum ſeruauit. Poſtmodū fratrū morte irritatam torre cōbuſto ferunt cauſam interitus filii extitiſſe. Cuius facti poſtea penitens laqueo uitā finiuit. Dum hæc agerentur hippotus in oleno iratus filiæ peribiæ ſe ex matre grauidā aſſerenti ad oeneum in etholiā miſit iubens ut eā q̄primū perimeret. At ille cū recens uxor: filiuſq deceſſiſſ&: contēpto patris mandato illā uxorē cæpit. Ex qua filius ortus eſt Tydeus. Sed de his hactenus. Hercules in calidoniorꝫ gratiā fluuiū acheloū in aliū curſū diuertens plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præſtitit. Cuius rei & poetæ quidā meminere ſcribentes cū acheloo herculem ſub tauri ſpecie certaſſe: qui cū in congreſſu tauri alterum cornu fregiſſet etholis illud quod amalthææ cornu uocant: dono dedit. Fructuū omniū uuarū malorꝫ aliorūq eiuſmodi pomorꝫ copia repletū. Fingunt poetæ acheloi cornu foſſi a fluuio ductā pomis uero & malis punicis ac racemis mōſtrari regionis fertilitatē: quā fluuii humor præſtet: & agros reddat feraciores. Amalthææ cornu durum eſſe aiunt: qua ex re operis eius labor notatur. Hercules p̄ſidia calydoniis ferēs theſprotis illato bello & ephyram urbē ui cæpit: & phileū theſprotorum regem interfecit. Filiam uero eius ex qua genitus eſt ei Tripolemus captiuā cognouit triennio poſt

deianiram uxorem ſumptam in cena a uino cōcaleſactus. Eurinomū pue
rum architelii filium miniſtrantem paruoq; errore lapſum pugno ictum
occidit inuitus. Q ua ex re dolore perculſus calydonia cum uxore deia
nira hylloque puero ex ea orto receſſit. Cum in itinere ad Euenum perue
niſſet flumen Neſſum centaurum repperit prætio uiatores flumen trāſ
uehentē. Hunc traductam deianyram uiolare conantem muliere uiri opē
implorante hercules ſagytta tranſfixit: cum prius tamen deianyram co
gnouiſſet. Moriturus ex uulnere pollicitus eſt ei ſe amoris medicamentū
traditurum: quo nullam præter ſe mulierem hercules aliam appeteret.
Iuſſit itaq; ſemine quod ex eo exciderat cū oleo & ſāguine ex ſagytta de
fluente īmixto herculis tunicā ungere. Q uo dato cōſilio cum expiraſſ&:
illa clam hercule quod mādatū erat aſumpſit. Hercules tranſito fluuio cū
ceyco trachim regi obuiaſſet apud eum diuertit archadum militum præ
ſidio fultus. Deinde cum philantus driopū rex tēplum apollinis delphi
cum diceretur uiolaſſe: una cum melienſibus armis aduerſus eū ſumptis
& regem peremit dryopum: & incolis patria expulſis eorum agros meliē
ſibus dedit. Filiam regis captiuam ſecum ducens cōpreſſit exq; ea filiū ſu
ſcepit antilocū: procrearat etiā ex deianyra poſt hyllum filios duos. Gle
neam & diopitē: pulſi Driopes quidam diuertentes ad Euboeā ciuitatē
condidere Caryſton. Alii in cyprum nauigantes una cū cypriis māſere.
Reliqui Euriſtei herculis hoſtis præſidio freti tris urbes in pelopōneſo
condidere Aſinem Ermionē Eionem. Orto deinde inter dorienſes: qui
eſtiotes appellantur. Iis Egineus īperabat laphytaſq; circa olympū habi
tātes: quibus rex erat coronus phororei filius: bello cū ꝑualerent copiis
laphitæ dorienſes ad herculē confugere. Iis in belli ſocietatē aſtitus pol
licita tertia doridis regionis parte ac regno ꝑmiſſo bellū una cum dorien
ſibus aduerſus laphitas mouit Milites archades: qui apud eū ſēper erāt
ſecum ducens. Horꝝ præſidio uſus ſuperatis prælio laphitis coronum re
gem ꝑemit. Reliquos multis occiſis e regione ꝓ qua bellum ſuſcitatum
erat coegit excædere. His actis Egimeū tertiæ ꝑfecit parti ſibi conceſſæ
mandans: ut eā ſuis poſteris ſeruar&. In trachinā tranſiens. Cyonū mar
tis ab eo ꝓuocatus ꝑemit. Deīceps ab Icono ꝓfectus ꝑ loca maritima ad
ormenium regē cum peruenill&: eius filiā aſtydamiā ſibi dari connubio pe
tiit. Q uam rem cum abnuiſſet ſciens illi deianyram uxorem eſſe bellum
hercules regi intulit. Captaq; urbe ac rege interfecto aſtydamiam captā
ſtuprauit: genuitq; ex ea filium ctiſippum: his geſtis in oechaliam cōtra

Euriti liberos: quoniam Iole uxor ei antæa negata fuerat. Exercitū duxit Cūq; archades ei opitularentur urbe capta Euriti filios occidit. Toxeum Molionem ac Pytium: Iolem captiuā ſecū ducens. Ex euboea in mōtem ꝓfectus eſt nomine Cineum. Ibiq; ſacra facturus lychā domeſticū quendam ad uxorem Deianyram in trachinā miſit: ut ei ueſtem: qua in ſacris uti cōſueuerat: afferr&. Hæc cum alycade amore Ioles pcæpiſſ& cupiens ſe omnibus amore præferri tunicam iuxta centauri conſilium tinxit: hāc alycha rei inſcio delatam hercules indutus medicamenti ui paulatī inualeſcente torqueri maximo dolore cæpit. Virus enim ſagyttæ ueneno uipero infuſæ corpus conficiens dolores ciebat īmenſos. Itaq; lycham ueſtis latorem primū occidit: tum dimiſſo exercitu ī trachinam uenit: morboq; magis in diem ingraueſcente in delphos lycinium ac Iolaum miſit Apollinem morbi remedia ſuſcitatum. Deianyra calamitate herculis ſtupefacta cū cauſā tanti mali ſcir& a ſe ꝓfectam laqueo excæſſit e uita. Reſponſum apollinis iubebat ferri cum apparatu bellico herculem in oetā. Ibiq; prope eam ingentē ſtrui pyram de reliquis inquit Ioui curam fore. Qui cum Iolao erant iuſſa Apollinis exequentes: quod futuꝝ erat ſuſpicabantur. Hercules deſpata ſalute in pyram cum aſcendiſſ& rogabat accedentes: ut ignem ſubiicerent. Quod cum nullus auderet ſolus philocretes ī gratiam ſagyttaꝝ: quas ei hercules reliquit: pyrā ſuccendit. Subitoq; fulminibus circuncadentibus pyra exuſta eſt: Accedente Iolao ut oſſa colliger&: cum nullum penitus reptum eſſ&: credētes herculē ſecundū oraculi reſpōſa ad deos tranſlatū: ſibi ut heroi ſacra quædā fecerunt. Inde ad Trachinā reuerſi: menetius poſtmodū hactoris filius herculis amicus tauro capro arieteq; uelut heroi īmolatis īſtituit ut ſingulis annis herculi ī opunto ſacra fierēt: utq; ꝑ heroe coleretur. Cum idē thebei facerēt: athenienſes græcoꝝ primi ut deum ſacrificiis herculem coluerunt: ſuæq; pietatis erga illū deū exemplū reliquis præbentes. Vniuerſam primū græciam deinde cæteras omnes gentes ad eius cultū cōuertere. Adiiciendū eſt ſupioribus iouem pſuaſiſſe iunoni ut herculem ſe figer& genuiſſe matriſq; erga eum deinceps beniuolentiā oſtender&: partū eiuſmodi fuiſſe tradunt. Iuno cū in lectum aſcendiſſ& ſumptū iuxta corpus herculem ꝑ ueſtes īferius in terram dimiſit uerum partū imitata. Sicut & nunc uſq; in filioꝝ adoptatione obſeruant barbari iunonis opera poſt hunc partū ferunt hebem herculi nupſiſſe: de qua & poeta poſt obitum ſcribit: ipſe cū diis īmortalibus in delitus uerſatur habens hebē pulchros habentem

pedes. Herculem uero dicunt nequaq̄ inter duodecī deos ꝓut Iupiter p̄dixerat recæptum. Fieri enī nō poterat: niſi uno ex duodecī prius pulſo ut alter recipetur. Iniquum enī fore honorem uni tribui cum alterius dei ignominia. Scriptis quæ de hercule dici poſſunt: nunc argonautas cū quibus militauit hercules: referamus. Iaſonem tradūt Eſonis filium extitiſſe nepotē peliæ Theſſaloꝝ regis. Qui cum eſſ& robuſtus corpore animiq̧ præter cæteros ſuæ ætatis elati aliquid agere optans memoria dignum ex ſuperioꝝ exemplo maximeq̧ perſei: alioꝝq̧ plurium quos propter externas expeditiones geſt aq̧ præclara īmortalem gloriā aſſecutos ītelligebat: exarſit animo ad illoꝝ opera imitanda. Itaq̧ cōmunicato cū rege conſilio pelias ſuo deſiderio aſſenſit: Non ut adoleſcentis gloriā auger& ſed ſperans illum citius in belli expeditione piturum. Se enim filiis maſculis natura priuatum eſſe uidebat. Fratrem timebat ne quando filii ope ſibi regnoq̧ inſidiaretur. Hanc ſuſpitionē occultam tenens pollicitus eſſe belli auxilia laturum: ſi expeditionē parei & in colchos ad uulgatum uellus aureum rapiendū. Habitabatur tunc pontus a barbaris ac efferis nationibus infenſiſq̧ hoſpitibus: cū omnes aduenas eo nauigantes interficerent. At Iaſon laudis appetens: cū certamen difficile non tamē penitus īpoſſibile ꝓpoſitū uider&: ſed quo maius eſſ&: eo ampliori ſe gloria uictorē fore neceſſaria ad id bellū parauit: primū iuxta pelium nauē ædificauit magnitudine atq̧ apparatu longe maiori: q̄ quæ ad eam diē fieri conſueuerant. Erat enī antæa paruaꝝ nauiculaꝝ uſus. Ad huius uero eximiam magnitudinem ſtupentibus omnibus diffuſa per græciam eius rei fama multos egregios adoleſcentes ultro ad certamen & eius belli cōmunionem allexit. Iaſon in aquā deductam nauē cum neceſſariis ad nauigādum rebus fulciſſ&: optimos eoꝝ qui ſecū ire appetebant elegit numero quattuor & quinquaginta. Ex eis clariſſimi erant. Caſtor & pollux hercules Telamon Orpheus: Athlante ſchinei: præterea theſpeſii filii: & ip̄e nauigii auctor Iaſon. Nauis argos dicta eſt: ut quidā aſſerunt ſcriptores ab argo eius architecto: qui etiā inter nauigandū eius reſarciendæ curam cæpat. Vt alii ab eius uelocitate: quā antiqui argon appellabant. Hi oēs ducē ſibi præfecerunt herculē ueluti oīum iudicio fortitudine & uirtute præſtantiorem. Deinde ex colcho nauigante atho ac ſamo thracia p̄tergreſſis tēpeſtate acti ad ſygeum troiæ appulere: Cum in terrā deſcendiſſent: uirginē iuxta littus uictam ob hanc ut ferunt cauſā repierunt. Neptunnū tradūt ꝓpter opam ad ædificāda pgama ab eo: ut fabulæ tradūt

impenſam iratū laumedonti regi:e mari cæte in terrā miſiſſe: A quo ma ritima īcolentes loca coloniq; abſumebantur. Peſte p̄terea quæ terræ fru ctus corrumpet ꝓpīquos agros afflixit. Omnibus ea calamitate territis cum tantis malis ſalus quæreretur: laumedontem dicunt ad Apollinem deſtinaſſe quæſitū rebus aduerſis remedia. Reſponſū eſt ab oraculo: ne ptunni iram cauſā maloꝶ eſſe: quæ mitigaretur. ſi puerum troiani ſorte ductū cæte traderēt uorandū: itaq; ſingulis ī ſortē cōiectis cum in heſio nem ſors regis filiam cecidiſſ&: coactus eſt laumedon natam in littore ui ctam belluæ futurū cibum exponere. Interim argonautis in littus deſcen dentibus hercules uiſa puella: cum rei cauſam cognoſſ&: uincla diſſoluit. Inq; urbem profectus regi obtulit ſe id mōſtrū interfectuꝶ. Laumedō accepta oblatione equos illi in uictos dono ſe daturum cum ſpopōdiſſ&. Cæte ab hercule periit heſioni oblata cōditione herculē ne liberatorem ſequi: an ī patria remanere mal&: cum hercule abire elegit nō tā uitæ be neficio: q̄ timore: ne iterum ꝓdeunte cæte ad idē ſuppliciū deſtinaretur. Hercules & donis: quibus honorifice cumulatus fuerat: ac equis heſiōeq; penes laumedontem quoad reuerteretur ex colcho relictis cum argonau tis ad deſtinatum certamen profectus eſt. Magna interim tempeſtate co horta cæteris ſalutem deſperātibus ſolum orphea tradunt religionis pe ritum uota pro ſalute ſamethracibus feciſſe: extemploq; tēpeſtate ſeda ta: cum duo aſtra ſupra pollucis & caſtoris capita cecidiſſēt: omnes eo mi raculo ſtupentes credidiſſe deoꝶ prouidentia ſe a piculis exēptos. Quo facto contigit ut quos poſtmodum maris agitar& tempeſtas ſamethra cibus uota pro ſalute facerent: aſtraq; apparentia ad Caſtorē pollucemq; referrent. Inde ſedato mari in thraciā ad regnum phinei traſcendentes duos adoleſcentes offendunt: qui uerberibus cæſi ut uiui in terrā effode rentur poenam expectabant. Filii hii erant phinei Cleopanæq;: quā ex orithia Erithei ac borea natam ferūt: Verum odio ac falſis nouercæ calū niis inique a parente ad eas dānabantur poenas. Duxerat uxorem phine us Ideam dardani ſcytarum regis filiā: cuius amore captus uoluntati eius aſſentiebatur. huic nouercæ in gratiā matris priuigni ira moti uim intu lerunt. Argonautis ad rem nouā ſtupentibus aiunt adoleſcētes inter tor mēta ab eis ueluti diis auxilium imploraſſe: & ſimul cām dixiſſe paternæ iniquitatis: orātes ut ſe ab iniqua eripent ſorte. His phineus cū occurriſ ſ& uetuit ne quid contra ſuum decretū uoluntatēq; agerent. nullū anī patrē ait de filiis ſponte ſuppliciū ſumere: niſi amorē ī liberos paternū

magnitudo ſcelerū ſuperarēt. Interī qui cum hercule in naui erant boreades cleopatræ fratres tradunt ꝓpter cognationem primos e naui auxiliū adoleſcētibus tuliſſe: eiſq; a uinclis liberatis obſiſtentes tantum occidiſſe barbaros. phineus ad pugnā cum ueniſſet barbaris auxilia ferētibus herculem ferunt acriter pcæteris pugnantē & ipſo phineo & pluribus aliis obtruncatis captaq; regia & liberaſſe cleopatrā: & filiis paternum regnū reſtituiſſe: quibus de nouerca ſuppliciū ſumpturis ſualit hercules: ut ad patrem in ſcythiam mitterent rogarentq; ut ipſe ob filiæ in ſe iniurias puniēdæ auctor eſſet. Quo facto ſcythia natā morte mulctauit. Cleopatræ filiæ apud thracas ſuæ modeſtiæ gloriā tulere. Nō ignoro te quoſdā priſcarū rerū ſcriptores tradere filios a patre phineo excecatos & phineū quoq; aborea priuatum uiſu herculē pterea ad hydriā in aſiam aſcēdentem ī eis locis ab argonautis relictum. Diſſentiunt ſane ī hiſtoria priſcis rebus recēſendis: ut haud mirandū ſit: ſi quis ueteris hiſtoriæ auctor a poetis reliquiſq; ſcribentibus quandoq; diſcrepet. Verū phineidas tradunt regno cleopatræ matri pmiſſo e thracia cum argonautis in pontum ꝓfectos: Ipſos aūt nauem ad tauricam applicuiſſe ignota īcolentium feritate. Mos enī erat eius regionis barbaris aduenas nauibus aduectos dianæ ſacrificare. Apud quos aiunt Ephigeniā poſtmodū huius deæ ſacerdotem captos hoīes ad eius arā mactare ſolitam pſens poſtulat hiſtoria: ut cauſæ huius aduenas ſacrificandi ritus referantur a nobis pſertī cum ad argonautarū tranſitum hic maxime locus ſpectet. Solem ferunt duos ꝓcreaſſe pueros. Oetā ac perſen. Oeta ī colcho regnauit In taurica pſes crudeles ambo efferiq;. E perſe hecate horta eſt ſupans audacia īmanitateq; patrem. Vtq; cruciatu hoīum leta eos pro feris appetere ſagiptis cōſueuerit. Sed ad uenena mortifera cōficienda ſūmum ſtudium operamq; īpendens prima aconitum īuenit. Vim naturamq; cuiuſq; ueneni in cibis quos aduenis dabat expta. His rebus admodum edocta primum ueneno patrem ſuſtulit. Deinde regno aſſumpto templum ſtatuit dianæ cui nauigantes hoſpites ſacrificabat exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum. poſt hæc nupſit oetæ genuitq; liberos tres Circem Medeam & Egialeum. Circe ad omnis generis uenenorū curam uerſa multarū herbarū radicumq; uarias uires mirabileſq; reperit. Et q̄uis a matre hecate in plurimis inſtructa eſſet tamen multis ab ſe de nouo adinuentis omnibus in ea re præſtitit. Hæc ſarmatarū regi quos quidā ſcythas dicunt cum nupſiſſet primum ueneno uirum abſtulit. Deīde regno capto multa

ui crudelitateq́ſ ſubditos uexauit. Quibus rebus regno expulſā quidā ſcriptores ad oceani quandā deſertā inſulam cum mulieribus quæ eam ſecutæ erant: confugiſſe. Quidā ad italiā ueniſſe tradunt: inq́ eo ꝓmontorio: quod nunc quoq́ ab illa circeum uocetur reſediſſe. Medeam quoq́ tum a matre-tū a ſorore ſingula ueneficia edoctā diuerſis moribus uixiſſe ferūt. Nam & hoſpites eripiebat a uitæ diſcrimine: & ſæpe apud patrē præcibus & gratia pro dānatorum ſalute intercædebat. Quandoq́ ipſa met ex cuſtodia captos dimittens. Oetā ferunt tum ſua natura: tum uxoris ſuaſu crudelem necandoꝶ hoſpitum conſuetudinē ſeruaſſe Medeam uero cum magis in diem eſſ& parentum aduerſa crudelitati ab oeta ob filiæ timorē in liberā cuſtodiā deſtinatā: Illa ad ſolis templum: id in littore ſitum erat: cōfugit. Quo tēpore argonautæ a taurica in pontū noctu delati ad templum ꝑuenere. Ibi medeam iuxta littus ambulantem cum ī ueniſſent: ab ea de hoſpitum cæde edocti uirginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus ſui cā medeæ palam facta illa īminens a patre periculum crudelitatemq́ in hoſpites ut cauerent admonuit. Cōmunicato cōſilio medea ſe adiutricem ad perficiendum certamen ꝓpoſitum pollicita eſt Iaſon iure iurando data fide uxorē ſibi illam quoad uita ſupſtes eſſ& futuram ſpopondit. Tum noctu argonautæ relictis templo cuctodibus cum Medea ad uellus aureum ꝓfecti ſunt. De quo ut apertius ſcribatur præſens hiſtoria nequid ex his ommittatur: quæ ad ipſius cognitionem ſpectant requirit. Frixum athamantis aiunt nouercæ inſias declinantē una cū ſorore helle egrecia fugiſſe. Trāſfretātibus illis iuxta quoddam deoꝶ oraculū ex europa in aſiā ſup aureo ariete uirginē in mare delapſam dediſſe helleſponto nomen: phrixū in pontū ꝓficiſcentē delatū in colchida: qui cum ſecundum oraculū arietē ſacrificaſſ& pellem in tēplo Martis ſuſpendit. Poſtmodū Oeta in ponto regnante reſponſo datum eſt illum tunc mortē obiturū: cum externi nauigio delati aureum uellus ſuſtuliſſent. Hac ex cauſa tū uero īnata crudelitate oſtentauit ſe hoſpites ſacrificare: ut diuulgata tanti ſceleris fama externi oēs eū acceſſū abhorrerēt. Tēplum quoq́ muro circundedit cuſtodeſq́ plures appoſuit ex taurica accitos: de quibus a græcis mirandæ fabulæ finguntur. Decantatū enim eſt tauros ignē ſpirantes circa tēplum eſſe. A dracone inſup cuſtodiri uellus. Verum tauroꝶ nomē cuſtodū a robore traductum ē a crudelitate uero cædis hoſpitum tauros ignem efflare confictum. Modo ſimili cum templi cuſtos draco appellaretur traduxerūt poetæ admirandas

ſtupēdaſqꝫ eius animantis fabulas. Similiter & de phrixo quoqꝫ fabulæ
cōfictæ ſunt. Quippe nauigaſſe eū ferunt quidā ī naui: cuius in prora ſi
gnum fuerit arietis. Quod helles moleſte ferens cū ī ſpōda nauis īcum
ber& ī mare decidit: alii tradunt Gambrū ſcytharꝝ regem ī colchos quo
tēpore phrixus cū pedagogo captus fuerit aduectū: cū adoleſcentem di
lexiſſ& dono illum ab oeta accepiſſe: eumqꝫ ut legitimum ab ſe filium edu
catum regni heredem relictum. Pedagogū: is aries uocabatur: ſacrificatū
diis: eiuſqꝫ pellem a cadauere euulſā de more templo fuiſſe affixam. Dein
de reſpōſo tradito ſe tunc moriturꝝ cū aduentantes hoſpites arietis pel
lem ſuſtuliſſent: regem aiunt adhibitis templo cuſtodibus eam quo dili
gentius ſeruaretur deauraſſe. Sed hæc legentibus ſuo arbitratu iudicare
lic&. Cæterꝝ medeā tradunt argonautas ad templū deduxiſſe martis lō
ge ab urbe Sybari colchorꝝ regia ſtadiis ſeptuaginta. Accedentem ad fo
res templi medeā appellati taurica lingua ab ea milites apertis ianuis ut
regis filiam ītroduxerunt: argonautæ templū ſimul ingreſſi eductis enſi
bus cum plures ex barbaris occidiſſent: aliis īprouiſa re territis diffugien
tibuſqꝫ erepta aurea pelle eueſtigio ad nauem reuerſi ſunt: Madea draco
nem pellis cuſtodiæ īcubantem ſemperqꝫ: ut fabulæ ferunt uigilē uene
no pimens una cū iaſone mare cōſcendit. Re ab his qui diffugerunt Oe
te nuntiata aſſerunt eū cum his qui īpromptu erant militibus græcos in
ſecutum plures iuxta littus cōperiſſe: Quibus cum primo impetu pugna
cōmiſſa iphitus Euriſtei qui herculi certamina īperauerat frater cecidit.
Cæteri deinceps cū ſuis auxilio accurriſſent inſtaurato certamine rex eſt
a meleagro exciſus. Supantibus græcis reliqui colchorꝝ ī fugam uerſi ma
gna ex parte īteriere. Optimus tamē quiſqꝫ uulneratus eſt. Iaſon laertes
athlāte ac Teſpiades. Quos diebus paucis medea radicibus herbiſqꝫ cu
rauit. Deinceps cū recupata ualitudine nauigaſſent: iam mediū ponticū
mare tenentes ingens tēpeſtas magno cū piculo adorta eſt. Tum ab Or
pheo quemadmodū antæa uoto Samothracibus facto quierunt uenti: ap
paruit quoqꝫ iuxta nauē maritimus glaucus: qui duabus noctibus totidē
qꝫ diebus cōtinuo nauem comitatus: & futura herculi certamīa & īmorta
litatem p̄dixit. Tindaridis uero qꝫ dioſcuri uocarentur: deorꝝ qꝫ honores
ab hoībus eſſent cōſecuturi. Deniqꝫ cum omnes argonautas noīe appel
laſſ&: dixiſſ&qꝫ uotis orphei ab diis ſe miſſum: qui eis futura p̄dicer&: cō
ſulere ſe illis ait: cum primum in patriam ueniſſent: uota diis perſolue
rent pro ſalute iam bis ab illis ſuſcepta. Argonautæ cum ad hoſtium

ponti peruenissent: ad orã appulere: cui tunc ĩperabat byzantus: a quo urbs byzantiũ eſt appellata. Ibi erecta ara cum diis uota pſoluiſſent: locũ cõle crarunt: quẽ etiã nunc nauigantes colant. Deinde mare ingreſſi p ppon tidem helleſpontumq ad troiã delati ſunt. Hic hercules fratre Iphiclo ac Thelamone ad ciuitatẽ miſſis equos heſionẽq iuxta pmiſſa poſtulatũ Tradunt laumedontem oratores captos truſiſſe in carcerẽ: reliquos argo nautas per ĩſidias occidere uoluiſſe. Cuius rei omnes præter priamum fi lios adiutores ſe præbuere. Hic ſolis cõtradixit: aſſerẽs ſeruandã eſſe hoſ pitibus promiſſorꝝ fidem: atq equos ſororẽq eſſe tradendos. A qua ſen tentia cum auerſi eſſent: fertur priamus duos in carcerẽ ad Telamonem enſes clam detuliſſe: narrataq patris uoluntate extitiſſe eis cauſa ſalutis. Nam illi cuſtodibus interfectis ad mare fugientes expoſito ſingulatĩ ſo ciis laumedõtis conſilio una cum eis regi qui cum militibus ex urbe ſe ad uerſus prodierat occurrerũt: Acri certamine cõmiſſo cum argonautæ uir tute ſuperiores eſſent ferunt herculẽ præ cæteris fortiter pugnantem & occidiſſe Laumedontem & primo ĩpetu urbe capta in regis inſidiarꝝ con ſcios animaduertiſſe. Deinde priamo ut uiro iuſto amicoq regno tradito cum reliquis argonautis diſceſſiſſe. Nõnulli ex antiquis tradunt poetis ab hercule non cum argonautis: ſed ſolo cum nauibus ſex equorꝝ gratia profecto troiã deletam. Quod & homerus uidetur ĩ ſuis carminibus ſẽ tire: ſcribens herculẽ equorum laumedontis gratia ſex propiis nauibus & uiris paucis ciuitatẽ ab ſe expugnatã cæpiſſe. Argonautas a troia tra dunt ĩ ſamothracia ĩde latos redditis magnis diis uotis iterꝝ in tẽplo po ſuiſſe phialas: quæ hucuſq ſeruantur. Eorum reditu adhuc apud theſſa los ignoto diuulgatã aiunt eſſe famã omnes qui cum Iaſone in pontum nauigarãt occidione occiſos eſſe. Itaq pelias tẽpus eſſe ratuſ cæteros quo rũ erat priuare regno primo iaſonis patrẽ ſanguinẽ tauri bibere cõpulit. Fratrẽ promachũ adhuc puerum occidit. Amphinomes mater morti de ſtinata uirili animo rem auſa memoratu dignam. Cum ad interiora regie confugiſſ& orans deos: ut tantæ impietati merita præmia darent: enſe pectus trãſfixit. Hoc pelias pacto omni iaſonis progenie ſublata cito ſuo rum ſcelerum poenas luit. Nam cum iaſon in theſſaliã ad ormum haud longe ab Iolcho locum urbẽ egredientibus occultum noctu appuliſſ&: impiã ſuorum cognouit cædem Argonautis ſuam operam ad tãtum ſce lus ulciſcẽdum pollicẽtibus omniaq ſubire paratis diſcrimina haud par ua inter eos dubitatio incidit: ſubito ne ui in urbẽ irruendum eſſ&: deq

īprouiſo rex armis appetēdus: an arceſſendi a ſuis milites: cōmunicꝗ bello res eſſ& agenda? Haud enī poſſibile fore, ab tris & quinquaginta uiris ſuperari regem poſſe: cui plurimæ auxilia urbes ferrēt. Cum hæc agitarētur fertur medea pollicita eſſe ſuis ſe peliam necaturam dolis: regiāꝗ ſe illis ſine piculo traditurain. His uerbis admirati omnes cum modū ſui cōſilii quærerent reſpondiſſe medeā dicunt ſecū attuliſſe plura mirandæꝗ uirtutis uenena tū a matre heccate: tū accirce ſorore: quibus nūq̄ antæa ad hoīum pniciem uti uoluiſſ& reperta. Nunc uero eoꝝ cauſa facile ſe id ſcelus peliæ: ſi uelint: ulturā & ſimul quæ actura eſſ& ſingulatī cum prædixiſſ&: a regia īſuper maritimæ ſpeculæ cuſtodibus ſignū pfectæ rei ſe daturā aſſeruit fumū die: noctu ignem. Igitur parata caua dianæ imagīe uaria uenenoꝝ genera in ea abſcondit. Deinde capillos ſuos quibuſdam medicamentis canos reddens ita faciem corpuſꝗ rugoſum effecit: ut aſpicientibus quædā ſenior anus uideretur. Sūpta deide quā ſtupendo quodam apud uulgus mō cōdiderat dianæ ſtatua in urbē pfecta omnes ad ſuperſtitionem cōmouit. Cum ueluti fanatica uideretur ſingulis p uicos ad ſpectandū cōcurrentibus hortabatur: ut pie deū ſuſciperent colerētꝗ Acceſſiſſe enī eam ab hypboreis & regis & ciuitatis bono. Cum ſinguli deam ſacris uenerarentur uniuerſus tanq̄ debacchatus populus medeam in regiā deduxit. Hæc res & peliæ ſupſtitionem iniecit & filiæ in eū ſtuporem medeæ præſtigiis deductæ ſunt: ut pſuaderentur præſentē deā foelicitatem regiæ pbiturā. Afferebat enī dianam a draconibus p aerem delatam magnā orbis partem circuiſſe. Vt aūt ppetuo coleretur elegiſſe oīum regum piiſſimum. Mandaſſe inſuper ſibi deam: ut ſenectam peliæ quibuſdam pharmacis ablatam in adoleſcentiā uerter&: multoꝝꝗ annorum uitam beatam diiſꝗ acceptam pber&. Ad quæ uerba cum rex uelu ti miranda obſtupeſceret iuſſit Medeam in ſe ipſa: ut fides ei haberetur: quod dixerat experiri. Illa petens ut pura ab una ex filiabus afferretur: aqua: cum ſe in thalamo īcluſiſſ& unxiſſ&ꝗ corpus herbaꝝ uiribus ī priorem ætatem reſtituta eſt. Quæ res & regem & omnes qui id aſpexerāt ad ſtuporem pduxit. Videbatur enī non niſi deoꝝ quadam puidentia ſenectutē in uirginis ætatem pulcherrimæꝗ fuiſſe cōuerſā. Feciſſe quoꝗ aſſerunt eam quibuſdam īcantationibus ut draconum ſpecies dea p aerē ab hyperboreis uecta apud peliam diuertere uiderentur. Hæc cum pter naturam putarentur humanam: cūꝗ pelias plurimi Medeam facer&: exiſtimar&ꝗ illam uera loqui aiunt oībus ſingulatim filiabus mandaſſe: ut

uoluntati ĩperioq; medeæ parerẽt. Nō enim decere regis corpus ſeruoꝝ manibus tractari: ſed filiaꝝ obſequio deoꝝ beneficio potiri. Diligenter igitur filias obſequi medeæ impauit: quicquid circa ſui corporis curã man daret. Sequente nocte cum pelias dormitum iſſet: aiunt dixiſſe. Medeam neceſſe eſſe: ut peliæ corpus in uaſe æneo coqueretur. Quod cum acturæ eſſent uirgines una experimẽto aliquo fidem uerbis ſuis fieri poſtulauit. Aries aderat multis annis domi nutritus: quẽ uirginibus pollicita eſt ſi il lum prius decoxiſſẽt: magnũ ſe poſtea reſtiturã. Cum uirgines annuiſſẽt ferunt medeam arietis decoxiſſe corpus in fruſtra diuiſum ac uenenis qui buſdam ex lebete agni ſpeciẽ eduxiſſe. Quo facto fides medeæ habita adoleſcẽtes omnes præter Alceſtem quæ impietatẽ facti abnuit ad ĩter ficiẽdum peliam induxit. Tum medeam dicunt: ne peliæ corpus aut inci derẽt aut coquerẽt edixiſſe. Simulans uero prius uotum lunæ eſſe facien dum uirgines ſupra culmen regiæ cum lampadibus aſcẽdere ſecum iuſſit Ibi colchorum lingua longa ad terrẽdum tẽpus oratione habita ſignum dedit argonautis rei conficiẽdæ tẽpus adeſſe. Illi igne e ſpecula cõſpecto exiſtimantes regem defunctum curſu urbem petentes moeniaq; ingreſſi ſtrictis enſibus ad regiã profecti ſunt uigilibus qui obſtiterãt ĩterfectis. Virgines quæ antæã ad decoquẽdum patrẽ e tecto deſcenderant Iaſone cæteriſq; argonautis in regia præter ſpem conſpectis ſua calamitate ad modum afflictabantur. Neq; enĩ Medeæ facinus ulciſci poterant neq; er ratum ſuũ corrigere. Itaq; cum ſibi mortẽ cõſiſtere uellent: Iaſon eaꝝ mi ſertus a ꝓpoſito reuocauit ſolatus non ſponte eas erraſſe uel malitia: ſed errore deliquiſſe. Oẽs deĩde benigne cõſãguĩeas allocutus bono aĩo eſſe iuſſit populo ad contionem uocato culpã geſtoꝝ in peliam reiecit. Se enĩ minori ait ꝗ paſſus eſſet poena priores iniurias ultum. Se peliæ cuilib& fi liorum paternum regnum traditurꝝ. Filiaꝝ uero pro earum dignitate cu ram ſe habiturum ſpopondit. Quod & paulo poſt effecit egregiis eas deſpondens uiris. Nam alceſtem priorem filiam nuptui poſtmodum de dit Admeto feriti Theſſalo. Amphinomen Arobremoni Leontei fratri Euadnem uero oeneo cephali tunc phoceorum regis. His actis cum argo nautis ad Iſthinum poloponẽſi nauigans ſacra fecit neptunno: cui nauẽ argo dedicauit. Cum ingẽs eius fama eſſ& apud corynthioꝝ regem Cre ontem ad eum diuertens ſecum uitæ reliquũ tempus egit corinthi. Co gitantibus argonautis in patriã abire herculem ferunt hortatum eſſe ad res magnæ fortunæ obeũdas: adegitq; ut iure iurãdo pollicerẽtur alteꝝ

alteri ſi opus eſſet auxilio fore. Elegiſſe autem clariſſimum græciæ locum
ad ſtatuenda certamina concurſuſq; hominum celebrandos. Idq; certa
men maximo deorum Ioui olympio conſecraſſe. Cum argonautæ omnes
in foedus cõmunis præſidii iuraſſent: inſtituendorum cura herculi demã
data illum elegiſſe aiunt ad hominum conuentus eleorum regionem iux
ta alphei flumẽ. Vnde iuxta eum loca maximo deorum ſacrata olympia
ab eo appellantur. Cum equorum certamen paleſtramq; inſtituiſſet mo
do certaminum ſtatuto urbes propinquas ad deorum ſpectacula exciuit.
Ex gloria famaq; herculis expectatione certaminum olympicorum uulga
ta græcorum omnium qui clari eſſent eo cõcurſus fuit plurimis quoq; ua
riis ex urbibus herculis amicitiam ſecutis cum ſinguli eius uirtutem bel
licamq; diſciplinam admirarentur. Ideoq; ultro ſe comites periculorum
obtuliſſent: perbreui optimum exercitum cõfecit. Quo omni peragrato
orbe ob plurima in homines collata merita ĩmortalitatem meruit: poetæ
uero fabulis aſſueti miranda quædam canentes herculem ſolum abſq; ar
mis fabulantur decantata orbis monſtra perdomuiſſe. Sed de his antæa
ſcripſimus. Nunc ad Iaſonem reuertamur. Hunc corĩthi tradunt cum an
nis decem cum medea uixiſſet genuiſſe ex ea filios priores duos dedimũ
Theſſalum Alcymenum. His poſteriorem tertium Tiſandrum quo tem
pore aiunt medeam magno in honore non ſolum propter ſpeciẽ qua emi
nebat: ſed propter prudentiam cæteraſq; quibus ornata erat uirtutes
a uiro habitam eſſe: paulatim deinde ætate decorem formæ auferen
te Iaſon glaucæ Creontis filiæ amore captus uirginẽ nuptui a patre pe
tiit. Annuente creonte certũq; nuptiarum ſtatuente diem Iaſon medeæ
nititur ſpontaneum diuortium ſuadere. Ait enim cupere ſe illam uxorẽ
ducere non in eius contemptum: ſed ut filios ſuos in domum regiam ea
cognatione introduceret. Egre uerba hæc ferente medea deoſq; teſtes iu
ramenti præſtiti appellante. Iaſon ſuſcepti beneficii oblitus creõtis filia
uxore ſumpta medeam urbe expulit. Illa cum a receſſu diem unum a creõ
te petiſſet noctu regiam ingreſſa certis medicamẽtis ĩmutata facie domũ
incendit radice quadam a circe inuenia ea uirtute ut incenſus ignis nequi
ret extingui. Repente conflagrante regia Iaſonẽ exiluiſſe tradunt glau
cam creontemq; igne abſumptos. Quidam ſcriptores uolunt medeæ
filios dona quædam ſponte attuliſſe uenenis illita: quæ cum illa corpori
applicuiſſet: & incidiſſe in morbum & patrem auxilium filiæ ferentem cũ
corpori illius heſiſſet eueſtigio expiraſſe. His haud quaquam acquieſcens

medea inq; Iaſonis ultionem intenta adeo ira amor crudelitaſq; in ea ex arſerant poſtq̄ illum flammas euaſiſſe cognouit animum morti filiorꝝ in patris calamitatē adiecit. Omnes uno qui aufugit excepto natos iugula uit: eorꝝ q; corpora ſepeliuit in Iunonis templo: deinde fidiſſimis ſociis fu gæ aſſumptis medea nocte ex corintho fugiens thebas ad herculē uenit Hic eorꝝ quæ in colcho promiſſa erant ſponſor factus ſe ei auxilio futurꝝ iuxta datā fidem promiſit. Iaſon filiis uxoreq; priuatus cenſentibus om nibus eum iuſte plecti cum doloris uim ferre non poſſ& ſibi mortem cō ſciuit. Corinthii caſus atrocitate obſtupefacti cum de ſepulchro puerorꝝ dubitarent: ad Pythium qui de adoleſcentum corporibus agendū eſſ& conſultū miſere. Mandatum adeo eſt ſepeliri eos in Iunonis templo atq; heroum honoribus coli. Quo facto aiunt Theſſalum qui cedem matris effugerat in corinthum rediſſe. Deinde ī Iolchum Iaſonis patriam reuer ſum ubi cum repperiſſ& pelei filios recenter īteriſſe regnum generi debi tum ſuſcipiens ſubditos ex ſuo nomīe theſſalos appellauit. Nec uero am bigo de theſſalorꝝ nomine non idem ſentire omnes: ſed uarias ferri opi niones: de quibus poſtmodū ſuo loco differemus. Medea cū thebis her culem in inſaniam uerſum ab eoq; filios occiſos repperiſſ& medicamētis illum ab eo morbo liberauit. Deinde cum euriſtei præceptis herculi parē dum eſſ&: omni eius auxilii ſpe ammiſſa athenas ad ægeum pandionis cō fugit. Ferunt quidam ab ægeo cognitā filium genuiſſe medum qui poſt modum mediæ īperauit. Alii ab Ippeto creōtis accuſatam omniq; abſo lutam. Deinde cum Theſeus ex trizeno athenas tranſiſſ& de ueneficio accuſatam fuiſſe: exq; athenis migrare cōpulſam. Verum pollicente egeo ſe eam tuto quo uell& miſſurum phoenicēā elegit: quo & delata eſt. In de ad ſuperiores aſiæ partes tranſiens cuidam clariſſimo heſit regi. Ex quo filium peperit medum: qui poſt patris obitū regno ſuccedens & rex fuit egregius: & populos ab ſe denominauit medos: Tragedi poſtmodū miranda quædam de medea uariaq; ediderunt. Quidam in gratiā athe nienſium medeam aiunt ſuſceptum ex egeo medum in colchos aduexiſſe incolumē. Cumq; eo tēpore oeta a fratre perſeo regno ui pulſus eſſ& me deæ opera quæ perſeum ſuſtulit medum regno potitum. Auctis deinde regni uiribus medum plurimis aſiæ locis: quæ ſupra pontum eſt pagra tis ſubieciſſe eam quæ ab ipſo media ſit appellata. Recēſere aūt quæ de medea ſcripta ſunt ſingula & longum eſſ& & minime neceſſarium. Verꝝ quæ de argonautis ſuperſunt prioribus adiiciamus. Non enī pauci tum

ueteres tū poſteriores ſcriptores: inter quos eſt & Timeus tradunt. Argonautas poſt captū aureū uellus cū oeta nauibus oſtia ponti obſediſſ& rem mirificā fuiſſe aggreſſos & hiſtoria dignam. Nauigantes enī per flumen tanaī ad eius fontes iuxta quendā locum naui ꝑ terram ad alium fluuium tracta ī oceanū uerſus arctum ꝑ eius decurſum delatos ferunt. Poſtmodum terra a ſiniſtris relicta cum ad gades ꝑueniſſent noſtrū mare ingreſſi ad patriā reuerterunt. Horum ueſtigia feruntur ꝙ iuxta oceanū habitantes inter deos præcipue pollucē & caſtorē colunt. Traditum enim eſſe illis a priſcis uſqꝫ tēporibus hos deos ꝓ̄ſentes ī oceano nauigātibus adeſſe. Eſſe quoqꝫ iuxta oceanum loca: quæ uaria tū ab argonautis tum a dioſcuris nomina ſumpſiſſent. Epirus inſup: q̄ eſt intra gades expreſſa reditus illoꝝ continet ueſtigia. hi iuxta tyrrenum nauigantes ad inſulam uenere: quam dicunt ethaliā: ubi optimum eoꝝ locoꝝ portū a naui quod nomen ad hæc tēpora ꝑmanſit argoon appellarunt. Similiter iuxta tyreniam portus octigentis ꝓcul ab roma ſtadiis telamon eſt cognominatus. Inſup iuxta forcimias italiæ oeta dicta caieta eſt. Poſtea ī ſyrtes uento acti cū a tritono libyæ rege naturā eius pelagi ꝑcæpiſſent declinato ꝑiculo tripodem ei æneum dono dedere litteris priſcis inſculptum: quod adhuc apud heſperios ſeruari dicunt. Neqꝫ uero ommittendū uidetur: quod quidā ſcriptores pro uero tradunt argonautas ꝑ hiſtꝝ nauigantes atqꝫ ad eius fontes delatos poſtea ad ſinum adriaticum ꝑueniſſe. Hos tēpus redarguit exiſtimantes hiſtrum pluribus oſtiis in pontum defluentem: eumqꝫ qui in adriam deſcendit ab eiſdem locis decurſus initium ſumere. Romanis cum his gentibus bellūqꝫ hiſtrum incolunt gerentibus eius fontes quadraginta ſtadia a mari procul inuenti ſunt. Verum nominis fluuioꝝ ſimilitudo cauſā erroris ſcribētibus dedit. Argonautaꝝ herculiſqꝫ geſtis a nobis deſcriptis filii quoqꝫ recenſendi ſunt. Hi poſt herculis obitum apud regē Ceycū in trachina cōſedere. Cū illus aliiqꝫ fratres quidā iam uiri euaſiſſent: ueritus Euriſteus ne cum oēs ad eam ætatē peruueniſſent ſe īperio mycenaꝝ priuarent cupienſqꝫ omnis eos græcia pelli Ceyco niſi & heraclidas & licymnii filios Iolaum īſuper ac omnes archades qui cū hercule militaſſent eiicer& bellum indixit. At ipſi euriſteo impares uiribus decreuerunt ſponte trachinā relinquere. Adeuntes plures ciuitates: quæ præclaræ erant rogitanteſqꝫ. ut ſe in urbem reciperent cæteris timore recuſantibus a ſolis athenienſibus īſita humanitate ſuſcepti ſunt tricyrintho illis urbe q̄ tetrapolis nominatur ad habitandū cōceſſa.

Poſtea cum herculis filii omnes ætate matura eſſent prudentia adoleſcē
tibus ut ab hercule genitis īnata Euriſteus eorꝝ incremento īuidens ma
gno exercitu aduerſus illos ꝓfectus eſt.Heraclides athenienſiū p̄ſidio
fulti Iolaum theſeum illumq; duces belli cōſtituentes acie Euriſteū ſupa
runt.Multi in ea pugna Euriſteum ſecuti occubuerunt ipſe curru fugiēs
ab illo herculis filio occiſus eſt.Filii quoq; Euriſtei ī ea pugna omnes ceci
dere.Heraclide poſt Euriſteū īſigni p̄lio deuictū mutuo cōſilio auxilioq;
aduerſus pelopōneſum duce Iolao mouerūt bellū.Atreus poſt Euriſtei
obitū capto mycenarꝝ regno aſcitiſq; tegeatis ac quibuſdā aliis belli ſoci
is herculis filiis occurit.Apud iſthmum cū utriq; exercitus cōueniſſent:
Illus hoſtē quicunq; is eſſet ad certamen ea cōditione ꝓuocauit:ut ſi ipſe
uiciſſ& euriſtei regnum filiis herculis cæderet.Si uero occubuiſſ& heracli
des foedus ſeruātes ī corynthum redirent:paulo poſt licymnius cū filiis
herculis ac triptolemo apud argeos ſponte illos ſuſcipientes manſit.Re
liqui qui in tricorynthо reſederant decurſis ex pacto annis ī pelopōneſū
tranſierunt.Quorꝝ res ſuo referentur tēpore.Alcmena thebas ꝓfecta
cum euanuiſſ& a thebanis deorꝝ honoribus culta eſt. Cæteri heraclides
repetita ab Eginio Dori filio ei credita patris hereditate apud doreos cō
ſedere.Triptolemū in agris cōmorantē ferunt licymnio electrionis orta
cōtentione occiſum.Qua ex cæde ex argis fugiens Rhodum applicuit.
Hanc īſulam īcolebant tum græci ab Triopato phorbātis filio deducti.
Quam ille cōmuni accolarꝝ cōſilio cum ī tres partes diuiſiſſ&:tres in ea
cōdidit ciuitates.Lindum.Ilyſum.Camirū. Imperauit aūt omni inſulæ
ob gloriam nomenq; paternum:ac demum cum Agamēnone ad troianū
bellum ꝓfectus eſt.Poſteaq̄ de hercule filiiſq; rettulimus:locus ſe offert
ut Theſei:qui herculis certaminum imitator fuit geſta narrētur:Natus
ex ethra pitthei filia ac neptunno ī trizena nutritus eſt penes pittheum
maternum auum:ac ſigna ꝓut ferunt fabulæ ab ægeo ſub petra poſita
recognoſcens athenas uenit.Deīde mare īgreſſus ut herculiſ uirtutes imi
taretur ad ea certamina adiecit aīum:q̄ laudem & gloriam ſibi eſſent alla
tura.Et primum eum qui dicebatur corynetus heſternorꝝ īterfectorē ſu
ſtulit.Hoc uſum cognomine a coryna:quod genus armorꝝ eſt ad ulciſcē
dum accomodatum.Secundū qui ī Iſthmo erat Schinon qui duas flexas
pinus atq; utriq; alligato hominis brachio ſurſum dimittens corpus ui
diſcerptum maximo cruciatu afficiebat. Tertius fuit a theſeo interēptus
in crōmyone aper ſilueſtris a quo plures īteribāt uiribus ac magnitudine

præſtante. Deleuit ĩſuper Scyronem habitantē ea loca megaræ: q̄ ab eo
Saxa ſcyronia uocantur. Hic uiatores cogebat: ut ſe ipſos p̄cipiti iactarēt
loco: deductos ſupra ſcopulum abruptum hoĩes calce ĩ mare iuxta chelo
nem ꝓiiciebat. Suſtulit etiã iuxta eleuſinam Cercionem certantem cum
p̄ſentibus: atq; ab ſe uictos pimentem. Deĩceps ꝓcuſtem occidit in eo lo
co terræ atticæ: qui dicitur Curdalus habitantē. Hic uiatores cogebat ſu
pra lectum aliquē aſcendere. Quo ſi longiores erant: parte ſupereminē
te amputabantur: qui uero breuiores pedibus diſtendebantur. A qua re
ꝓcuſtis cognominatus eſt. His actis athenas ueniens ægeum ꝓpter ſi
gna cognouit. Tum marathoniū tauꝝ ab hercule ex creta in pelopōneſū
traductum athenas ab ſe uictum aduexit: quem ægeus ſacrauit Apollini
Supereſt ut de minotauro: quo theſei geſta abſoluantur: ab eo ĩterfecto
referamus. Oport& enĩ tēporibus: q̄ a nobis explicata ſunt cōtigua quo
notior fiat hiſtoria deſcribi. Tectamus Dori filii Elleni ex deucalione or
ti cum eoliis ac pelaſgis ĩ cretam nauigans ĩſulæ ĩperauit. Sumpta crete ĩ
uxorē filium Aſterium creauit. Quo in creta regnante iupiter: ut aiunt:
Europam ex phoenicea raptam ſupra tauꝝ detulit ĩ cretã. Ex ea tres ge
nuit liberos. Minoem. Rodamantum. Sarpedonē. Aſterius deinceps ꝓ
le carens cum uxorē duxiſſ& Europã iouis adoptatis filiis regni eos reli
quit ſucceſſores. Hoꝝ rhodamãtus cretenſibus leges dedit. Minos ſuſce
pto regno cum Itonem lictii filiam uxorē coepiſſet: genuit ex ea licaſtū:
Hic quoq; cū regnar& in creta Ida coribanti filia uxore ducta ſecundū mi
noem genuit: quem nōnulli iouis filium tradunt. Hic primus græcoꝝ pa
rata claſſe maris ĩperio potitus eſt. Cum deſpondiſſet paliphæn ſolis cre
tæq; filiam: ſuſcepit Deucalionem: Crateum: Androgeum: & Ariadnē:
pluresq; naturales liberos. Androgeus cum athenaſ cōſenſu athenienſiū
oĩum cōcæſſiſſ& ægeo regnante: inq; certaminibus ſupar& athletas oēs
in conſuetudinem pallantis filioꝝ uenit. At ægeus ſuſpicans ne quãdo
ꝓpter Androgei amicitiam a pallantis filiis auxilio minois regno pellere
tur inſidiis Androgeo paratis ad ſpectaculum celebre ꝓficiſcentem the
bas per quoſdam eius regionis accolas circa Inoem terræ atticæ interfici
endum curauit. Cæde filii perturbatus Minos athenas uenit ſupplicium
ĩterfectoris Androgei petens Spretis eius uerbis: bellum athenienſibus
indixit addita execratione: qua aduerſus athenienſes ſiccitatem famemq;
ĩpræcatus: Siccitate tum atticos: tum reliquam græciã urgente corruptis
terræ fructibus belli duces quomō hæc mala auerti poſſēt deū cōſuluere.

Is iuſſit eos ad æacũ Iouis &,eginæ aſopi filiæ adire iubereq;:ut ꝓ ſe uota faceret. Quibus pfectis ſiccitas cũ penes alios græcos cæſſaſſet: ſolos athenienſes uexauit. Coacti igitur ſunt rurſus adeo ĩplorare tantæ remedia calamitatis. Hanc defuturã deum ferunt reſpõdiſſe: ſi non ꝓ Androgei cæde minoi quas uellet poenas didiſſent: parentibus deo athenienſibus p̃cæpit Minos pueros ſeptẽ totidẽ uirgines ſingulis annis minotauro quoad uiuer&: uorãdos tradi. His datis defecit ſiccitas: A bello aſtinuit Minos. Annis ſeptẽ tranſactis rurſus cũ in regionẽ atticam cũ magno exercitu tranſiſſ& Minos: ac bis ſeptẽ pueros petiſſ&: traditi ſunt. Theſeus cũ eſſet nauigaturus: acceſſit ad gubernatorẽ ægeus p̃cipiens: ſi Minotaurꝝ ſupaſſet filius: ut albis uelis portũ intrarent: nigris queãdmodũ & antæa ĩ ionıam fecerunt: ſi periſſ&. Theſeus ĩ cretã cũ nauigaſſ&: Ariadnes Minois filia eius ſpecie ad decore capta & cõſilium operãq; dedit minotauri occidendi & laberinthi egreſſum edocuit. Deinde cũ ariadne noctu clam recedens in ĩſulã appulit aliquando diam nunc uero Naſum uocitatam. Eo tẽpore dionyſiũ ferunt pulchritudine Ariadnis captũ cũ a theſeo uirginem abſtuliſſ& uxorẽ illã ab ſe p̃termodum dilectã duxiſſe Poſt eius obitum ꝓpter ſingularẽ amorẽ honore ĩmortalium ꝺdignatus coronam ex aſtris Ariadne in cælo cõſtituit. Verꝝ eos qui cum theſeo nauigabant ferunt ægre admodũ raptum uirginis ferentes ꝓpterq; dolorem ægei mandatorꝝ oblitos nigris uelis in atticã pueniſſe. Quod ægeus cum aſpexiſſet exiſtimans Theſeum filium pemptũ rem heroicam aggreſſus ex arce ob dolorẽ ſemet p̃cipitauit. poſt patris ĩteritum Theſeus regno ſuccedens cõſtitutis legibus populo ĩperauit: multaq; ægit ad amplitudinem ciuitatis ſpectantia. In quis illud fuit inſigne ꝙ plurimũ populum athenas ad habitandũ ĩduxit. Qua ex re uiribus & auctoritate aucta ciuitas græcie prĩcipatũ tenere uiſa eſt. Verꝝ ad ea: quæ de theſeo ſupſunt redeundũ Deucalion maior natu filiorꝝ Minois cretæ ĩperauit: Inita cum athenienſibus belli ſocietate phedram filiam theſeo deſpõdit Qui cum poſt ductam uxorem hippolytũ ex amazone genuiſſ&: in trizenam miſit ſorori ethreæ nueriẽdum. Ex phedra athamãtum ſuſcepit ac demophontẽ: paulopoſt hippolytus cũ athenas ad myſteria ueniſſ& a phedra ꝓpter pulchritudinem amatus eſt: quo recedente phedra templum ueneri ĩ arce: unde ĩ trizena cõſpectus erat cõdidit: Cumq; ad pitheum cum theſeo diuertiſſ& hippolyti cõcubitum petiit: Illo ſcelus abnuẽte moleſte id ferẽs nouerca athenas reuerſa hippolytum ꝙ ſe uiciare

uoluiſſ&: apud theſeum accuſauit. Ille dubitans ueꝝ ne crimen eſſ& rem ad hippolytū ꝑ īternuntium detulit. Ferebatur tunc forte equoꝝ curru hippolytus: Cui calumnia audita labenti aīo frena e manibus exciderūt. Turbati equi excuſſis habenis currū p̄cipitē egerunt. Quo effracto hippolytus ueſtibus īplicitus atq; ad terram delatus interiit. Ob eius ante optime actam uitā trizeni deoꝝ illi honores īpendere. Theſeus his turbatus calamitatibus pulſus patria apud hoſpitē functus eſt uita. Athenienſes penitentia ducti oſſibus theſei athenas traductis: & illū coluerunt ꝓ deo: & templū ſibi ītra urbem aſilum: quod ab eo Theſeū dictū eſt cōſtituere. Nunc de raptu helenæ deq; perithoi erga ꝓſerpinā amore: geſtis enī theſei ſunt īmixta dicendum. Perithous Ixionis filius defuncta hippodamia uxore polypito filio ſupſtite athenas ad theſeū uenit: cuius uxor phedra cum defuncta eſſet ſuaſit ei helenæ Iouis ac ledæ raptū. Ea tum decimū agebat annum oēs cæteras decore ac modeſtia excellens. Lacedemonem ꝓfecti capto tempore helenā cōmuni conſilio athenas aduexere. Deīceps īter eos ſorte iacta utrius eſſet ſponſa helena futura: ea tamen adiecta cōditione: ut is ꝓ quo ſors cecidiſſ&: ſocio coadiutor ad alteram q̄rendam uxorē for&. Idq; iureiurando cum firmaſſent: ſorte theſeo euenit. Quod factum cū ægre ferent athenienſes: timens Theſeus helenam ī Aphidriā unam ex atticis urbibus deduxit: eius cura ethre matri multiſq; ex amicis ꝑmiſſa. Perithous cupiēs ꝓſerpinam uxorem habere cōſilium cum theſeo cōmunicauit. Veꝝ cum ꝓpter rei īpietatem a ꝓpoſito eum auertere conaretur: ubi illum ꝑſeuerantem inq; iuſiurandi uim a ꝓſerpinæ raptum ſe adigi uidit coadiutorem ſe p̄buit. Cum ad īferos deſcendiſſent uterq; ibi captus. Sed poſtmodū in gratiam herculis liberato theſeo perithous apud īferos detentus luit ſēpiternas ſuæ impietatis poenas: quidā ſcriptores tradunt ambos: rediſſe ab inferis. Eoq; tēpore Dioſcuros helenæ fratres cum exercitu Aphidriā ꝓfectos capta euerſaq; urbe helenam adhuc uirginem captiuamq; ethram theſei matrem lacedemonem uexiſſe. Res poſtulat: ut de ſeptem ducibus: qui thebas ꝓfecti dicuntur ſcripturi belli cauſas a prīcipio ordiamur. Laius thebanoꝝ rex ſūpta uxore Iocaſta creontis filia cum diutius caruiſſet liberis: oraculo cōſulto an eſſet filios habiturus: reſponſū tulit: nō cōducere ſibi ꝓlem habere. Nam qui ex eo ꝓdiret filius patrē occiſurus eſſ&: aduerſaq; fortuna domum funeſtaturus: poſt quod reſponſum p̄cæpit natum infantem traiectis primum ferro pedibus exponi: unde & oedipus cognominatus eſt.

Sumptum puerꝝ domeſtici cũ nõ expoſuiſſent: cuidã ſeruili mulieri noĩe polibyæ tradidere. Cum iam uir factus eſſ&:deũ de infante expoſito cõſulere ſtatuit laius. Oedipus quoq̧ a quodã ſe fuiſſe expoſitũ certior factus: & ipſe pithiam qui ſui parentes forent oratum ꝓficiſcebatur. Cum ambo apud phocidã inuicem obuiaſſent: Laiuſq̧ illũ deuia cædere ſuperbius madaſſ&: Oedipus ira motus laium occidit ĩſcius parentẽ eſſe. Eo tẽpore tradunt ſphingam beluã biformẽ ueniſſe thebas: ꝓpoſuiſſeq̧ enigma: quod qui nõ ſoluerent perirent. Ex quo plures ob rem dubiam interierunt. Soluenti p̃mium locaſtæ cõnubiũ & thebeoꝝ regnum ꝓpoſitũ erat. Veꝝ nullus excæpto oedipo enigma ſoluere ualuit. Id erat eiuſmodi. Quod aĩal bipes idem tripes ac quadrupes foret. Cæteris addubitãtibus ſolus oedipus ait hoĩem id animal eſſe. Qui infans quattuor ir& pedibus auctus ætate duobus Iam ſenior factus tribus: nam baculo tãq̃ tertio pede ſuſtentaretur. Sphinga ſuo iudicio uicta ſe ipſã ex loco excelſo p̃cipitauit. Oedipus ignotam matrẽ uxorem ſumpſit quattuorq̧ ex ea genuit liberos Ethioclẽ: polinicẽ: Antigonã: & Iſmynẽ. Hii cũ ad ætatẽ peueniſſent domeſtica ĩpietate cognita oedipũ coegerunt ob dedecus nõ egredi domum. ipſi ſumpto regno foedere inuicem ſanxerunt: ut ſinguli alternis annis ĩperarent: primuſq̧ ĩperii annus Ethiocli cæderet maiori natu. is acto anno petenti ex foedere renuit tradere regnum fratri. Qua ex cauſa in argos ad Adraſtum regem cõfugit. Hoc tẽpore Tideus oenei cum in calydone Alcatũ licotheumq̧ nepotes occidiſſ& : ex etholia aufugit ĩ argos. His adraſtus benigne ſuſceptis quodã reſpõſo motus utriq̧ filias uxores dedit polynici argiã: diiphylem Tydeo Adoleſcentes cum a rege ꝓbarentur magnaq̧ eoꝝ uirtutis expectatio uideretur: ambos in patriam pollicitus eſt ſe reducturum. Verum cũ cẽſer& primum debere polynicẽ reſtitui: ferunt regẽ ad ethioclẽ deſtinaſſe Tydeum quinquagita uiros ab Ethiocle in inſidiis in itinere poſitos occidiſſe: ad argoſq̧ præter opinionẽ rediſſe incolumẽ. Hæc adraſtum impulerunt: ut quæ ad bellum ſpectabãt parar&. Aſciuit aũt ad belli ſocietatẽ Capaneum: Hippomedontẽ parthenopeum athlantis ſchinei. Suadebant amici polynicis: ut ad bellum Amphiaraus uates duceretur: At is cũ præuider& ſi ei bello affor&: ſe piturum idq̧ propterea recuſar&: ferunt polynicẽ aureum torquẽ a uenere Hermionæ datum Amphiarai uxori: quo belli ſocietatẽ uiro pſuader& donaſſe. Eo tẽpore Amphiaraus adraſtuſq̧ de regno diſſidentes ad Eriphilis amphiarai cõiugis adraſti ſororẽ omne diſſenſionũ

iudiciū rettulerunt. Illa pro Amphiarao ſententiā tulit: adiiciens ut bel
li thebis inferendi ſocius adiutorq; eſſ&. Amphiaraus exiſtimans ſe ab
uxore ꝓditum ad bellum ſpopōdit ſe aditurum. Sed alcmeoni filio īpera
uit: ut pōt ſuum obitū eriphilem ꝑimer&: Quod patris mādatū poſtea
executus facti cōſcientia in inſaniā uerſus eſt. Adraſtus polynices ac Ty
deus ab bellum ituri quattuor elegerunt duces. Amphiaraum: Capaneū
hippomedonta & parthenopeū. Qui oēs magno exercitu aduerſus the
bas ꝓfecti ſunt: Ethiocles ac polynices mutuis uulneribus cōfoſſi cōcide
runt. Capaneus magno īpetu ſcalis muꝝ aſcendens mortē oppetiit. Am
phiaraus in terræ hiatū cum curru delatus abſortuſq; nunq̄ poſtea uiſus
eſt. Eodem pacto & reliqui duces oēs p̄ter adraſtum multiq; p̄terea mor
tales occubuerunt. quoꝝ ſepeliendoꝝ facultas a thebanis cum denegata
eſſ& īſepultos ſinens Adraſtus ad argos rediit. Cū nullus hauder& hos
tumulis cōdere ſoli athenienſes qui cæteros uirtute anteibant: oēs ſepe
liuere. Hunc belli uitæq; finē ſeptē qui thebas oppugnatum iuere ſortiti
ſunt. At uero filii mortē parentū ulturi cōmuni cōſilio contra thebanos
mouerunt arma. Dederat reſponſum Apollo eam ſe ciuitatē expugnatu
ros ſi alcmeonem amphiarai filium īperatorem ſibi cōſtituiſſent. Hic ab
illis dux factus deum & de thebano bello cōſuluit & an matrē Eriphilē
punir&. Reſpondit apollo utrunq; facer& nō ſolum quia monile aureū
mater in necem paternā: ſed & peplum quoq; ob filii interitum accepit.
Venerem aiunt quondā armoniæ Cadmi & monile donaſſe & peplum:
Ambo hæc habuit Eriphiles. Alteꝝ a polynice: Alteꝝ a Therſādro po
lynicis quo filium ad expeditionē thebanā hortaretur: Alcmeō igitur cū
milites ad bellū pluríos ab argis paraſſ&: ab urbibus quo quoq; finitimis
accerſito p̄ſidio exercitum cōtra thebas duxit. Acerrima cū thebaniſ com
miſſa pugna Alcmeō uictoria potitus eſt thebanoꝝ attritis uiribus mul
tiſq; amiſſis ciuibus cum eſſent īpares uiribus omni ſpe deſtituti cōſilium
a Tyreſia qui diuinator erat exquiſiuere. Hic thebanos ex urbe iuſſit abi
re. Hoc ſolūmodo illos cōſeruare poſſe. Iuxta tyreſiæ dicta urbē linquē
tes aufugere noctu in horā boetiæ quæ tilphoſea appellatur. Thebe ca
pte ac dirupte ſunt. Tyreſiæ filiam daphnem poſtea cum uictores cepiſ
ſent in delphos uoto ſuſcepto miſere oblationē deo. Ea diuinandi artem
edocta ī delphis degens multo magis eam ſcientiam calluit. Itaq; natura
adirabilis plurima ſcripſit uarii generis reſpōſa. Cuius ex uerſibus home
rum poetam ferunt multa adornatum ſui poematis ſumpta tranſtuliſſe.

Cū hæc ſæpius dei ſpiritu ferretur: multaq; trader& reſponſa ſybilla ab oībus cognomīata eſt. nā plenam deo & ſybillam eſſe idem notat. Victores uero urbe direpta ī patriā quiſq; multis cū ſpoliis reuerſi ſūt. Ex thebanis qui ī tilphoſium cōfugerant. Tyreſias defunctus eſt: quē ſui ciues magna cū pōpa ſepeliuere deorꝝ ſibi honores tribuentes. Deīceps aduerſus dorienſes armis motis pugna ſupatos ex eorꝝ patria eiecerunt. Tranſacto paulū temporis quidā ex eis Iunonis ſedibus māſere. Quidā athenas ꝓfecti ſunt. Creonte Menicei regnante patria pulſi paulo poſt ī dorida remearunt ī crineo timeoq; & Euboia habitantes. Antæa boetus arnes neptunni filius migrans ī eolidem: q̄ nunc theſſalia dicitur: eos qui ſecum acceſſerant boetos uocauit. Sed de Eolidibus paucis dicēdū: priſcis temporibus cū ex filiis eoli qui fuit ellinis ex deucalione nati cæteri: q̄ dicta ſunt loca habitarunt: ſolus minas ī eolide regnauit. Eius filius hippotes ex Menalippe eolum genuit. Huius arnem filiā neptunnus cognouit Qua de re īdignatus pater Metapōtio aduene qui tū caſu aduenerat eo pacto arnem dedit: ut illam ī metapontū deducer&: Vbi duos pepit filios Eolum ac Boetū: Quos Metapōtius liberis carens quodā motus oraculo adoptauit in filios: Hi iam uiri facti orta uiuente metapōtio ſeditiōe regnū ottinuerūt: poſtmodū diſſenſione īter arnem Autolipen pemere: Eam rem grauiter ferrente metapontio illi ꝑparatis nauibus cum matre multiſq; amicorꝝ mare īgreſſi: Eolus quidem ad īſulas tyrreni maris appulit quæ ab eo eolides ſunt appellatæ ciuitatemq; cōdidit quam liparā uocauit. Boetus uero ad eolū uenit Aruis patrem a quo loco filii nutritus ē poſtmodū eolidis regnū poſſedit. patriam oēm a matris noīe arnem populos appellauit ab ſe boetos. Itonus ex boeto ortus q̄ttuor ſuſcepit filios. Hippodamū Electrionem archylicū alegenorem: horꝝ hippodamus Eleum genuit. Electrion Letum: Alegenor elonium: archilycus Prothe rorem & archeſilaum: qui ad troiam iere boetorꝝ exercitus duces. Nunc ſalmoneum Tyrumq; & eorum uſq; ad neſtorem qui troiano īterfuit bello poſteros referamus. Salmoneus ex eolo Deucalionis eſt ortus: qui ex eolide cum magna ſuorum manu profectus conſtitit in elea apud fluuiū alphenum: Vbi ciuitatem a ſuo nomine Salmoneam condidit ſumpta uxore alcidice elei filia genuit ex ea Tyream decore formaq; eximiam. Alcidice defuncta ſideram uxorem duxit: quæ tiream ut nouerca cepit odiſſe. Salmoneus ob ſuperbiam atque impietatem contracto ſubditorum odio Iouis fulmine conflagrauit: Eius deinceps Tyrea filia adhuc

uirgo ab neptunno cognita peperit peliā ac neleū. Poſtmodum excreteo
amithaonē genuit: feretumꝗ & Eſonem. Cum diem ſuum obiſſ& Crete
us orta īter peliā Neleūꝗ regni cōtentione pelias iolco finitimeꝗ regio
ni īpauit: Aſſumptiſꝗ melāpode ac biante. Amythaonis Agleieꝗ filiis
quibuſdāꝗ ex acheis phithiotiſꝗ ac eolibus aduerſus pelopōneſū exer
citum duxit. Melāpus cum eſſ& diuinator argiuas foeminas ꝓpter diony
ſii iram fanaticas ab inſania curauit. Cuius rei gratia Anaxagoras mega
penthi argiuoꝝ rex eum donauit duabus regni partibus. Hic argis cum
moraretur biante fratre cōſorte regni facto uxorem cepit Iphianirā filiā
Megapenthi: ex qua ꝓtulit Antiphatum: Mantum: Biantem: Pronoem
ex antiphato ac Zeuſippo hippo coōtis Iocleus Amalceuſꝗ orti ſūt. Io
cleus hypmeſtraꝗ Teſpii Iphianirā polibiam atꝗ amphianiū genuerūt
Hoc pacto Melāpus ac bias eoꝝꝗ poſteri argiuoꝝ īpium tenuere. Ne
leus cum his qui eum ſecuti erāt in Meſſenem tranſiens accolaꝝ uolunta
te cōdidit urbē pilum: cui cū īperar& uxorem ſumpſit Chlorem amphio
nis thebāi natā: exꝗ ea duodeci filios ſuſcepit. Quoꝝ ſenior ꝑydimeus
extitit. Iunior Neſtor qui bello īterfuit troiano & de ꝓgenitoribus Ne
ſtoris hactenus. Nunc de laphitis & centauris diſſeremus. Ex oceano ac
teti plures filii ſecundū fabulas manarunt a fluminibus cognominati: in
quis fuit peneus: a quo accidit peneū in theſſalia dici. Hic ex nympha cre
uſa liberos ſuſcepit Ipſeū ac Stilbyam: Quā cum cognouiſſet apollo La
pitum ac centaurum genuit. Lapithus locis circa fluuium peneū ad habi
tandem lectis cum ibi īpar& Eurionē Arſinoi uxorē duxit: ex qua duos
ſuſcepit filios phorbantē ac periphātem regni paterni heredes: Populi
omnes a lapitho laphitæ appellati ſunt. phorbas cum in olenū tranſcen
diſſ& accerſitus ab Alectore boetioꝝ rege tunc pelopis uires formidan
te eleoꝝ regnum ab eo cepit. Huius filii ægeus actorꝗ paterno ſucceſſe
re regno. Periphas alter laphiti natus ex aſti agea uxore ipſei filia octo
genuit liberos quoꝝ natu maior antiō ex melate Amythoni ſuſcepit Ixi
onem. Hic ut tradunt dona plurima Eſioneo pollicitus deſpōdit eius fili
am cliam: ex qua genuit perithoum. Verum cum Ixion nequaq̄ promiſſa
uxori tradidiſſ& eſioneus pro iis equos illius cepit. Tunc Iſion pollicitus
ſe quæ promiſerat daturum accerſitum a ſe Eſioneum in foueā ardentē
cōiecit. Qua crudelitate cū nullus eam cedem purgare uellet ab ioue ut
fabulæ tradūt demū purificatus iunonē ſtupri īterpellare auſus ē. Qua
re cognita iupiter nubem in forma iunonis cum interpoſuiſſ&: Ixion eo

cōcubitu centauros genuit. Tradunt tandē Ixionē ſcelerꝝ magnitudīe ab ioue rote alligatum ꝑpetua poſt obitum torqueri cruciatus pena. Cētauros nōnulli uolunt in pelio a nymphis nutritos poſtmodū equos ſubagitaſſe. Exq; eis hippo centauros natos. Creditū ꝙ primi equitare auſi ſit: eoq; natam fabulā ueluti equi eſſent hoīſq; natura. Hos ferunt tanq̄ peritboi cognatos partem regni paterni ab eo poſtulaſſe. Quod renuenti bellum a laphitis illatum eſt: Sed eo ceſſāte poſtmodū: cum pithous hippodamiam deſpōdiſſ& theſeo ad nuptias ac Centauris uocatis illi uino ebrii foeminiſq; ī nuptiis erant uim afferre conati ſunt. Qua īiuria tum theſeus tum laphite ꝑmoti multis centauris ꝑemptis reliquos e ciuitate eiecerunt. Hanc ob cām centauri una aduerſus laphitas ꝓfecti plures īter fecere. Qui cedi ſupſuerunt partī ī pholoem archadie ꝓfecti ſunt: partī ī malea habitarunt. Hi rebus ſecundis elati ex pholoe egreſſi ad p̄dandū ꝓpinquos græcos multos ex eis occiderunt. Nunc de Eſculapio eiuſque poſteris referendum Aeſculapius traditur Apollinis coronidiſq; fuiſſe filius: Qui natura īgenioq; ꝑclarus medicinæ opera īpenſa plurima ualitudini hoīum utilia adinuenit. Adeo aūt pitia artis excelluit ut q̄pluri mos deſperantes ſanitatē liberar& a morbo ꝓpter eaq; creditus ſit non nullis defunctis uitā reſtituiſſe: ob eā rē tradunt ipſum apud iouem ab inferis accuſatū tanq̄ eorꝝ īperium diminuentē. Quod ſemp excitarentur a mortuis hoīes illius cura. Eaq; cā exacerbatum iouem fulmine Eſculapium occidiſſe. Hac morte Apollo iratus ciclopes qui id fulmen fabricarant īterfecit. Quo facto indignatus iupiter iuſſit Apollinē homini ī poenā errati ſeruire. Eſculapius filios reliquit Machaonem & podalerium: qui arte paterne dediti cum ad troiā cum agamemnone acceſſiſſent plurimū græcis ī eo bello in curādis ſummo ſtudio uulneribus opitulati ſunt magnā ob id gloriā adepti. Meritis quorꝝ īmunitas rerꝝ oīum poſt bellum eſt conceſſa. Sed de his hactenus. Nunc de Aſopi filiabus eaciq; liberis ſcribendum. Ex oceano ac Tethide fabulæ tradunt ortos eſſe filios plures: a quibus flumina cognominata ſunt: in quis peneus Aſopuſq; extitere. peneus in theſſalia ſedē eligens fluuio nomē indidit. Aſopus cū phliuntem ad habitandum elegiſſ&: ſumpta in uxorē Methopeladoni duos ſuſcepit filios pelaſgum atq; Iſmenum. Filias duodecī iſmenus in boetia habitauit iuxta fluuium quē a ſuo noīe iſmenum cognominarunt. Ex filiabus Sinopes ab apolline rapta in eum locum delata eſt: ubi nunc eſt urbs ab ea ſinopes dicta. Horum filius Syrus his impauit: qui ab eo ſyri ſunt

appellati. Corcyra uero rapta a neptunno ī eam īſulā delata eſt: quā ab ea dixere corcyrā. Ex his natus eſt pheacus: a quo pheacū nomē cepit: phe aco filius extitit Alcinous: qui ulixem in ithacā deduxit. Salamis quoq; a neptunno rapta eſt: aduectaq; ī inſulam ab ea Salaminā appellatā. Ex ea neptunnoq; genitus Cēchreus īperauit huic inſulæ: claruſq; inter oēs ſerpentem mire magnitudinis qui incolis uexabat occidit. Eginā ex phli unte iupiter rapuit: inq; īſulā aduexit: quæ ab ea ē Egina dicta. Ab ioue cōpreſſa genuit Eacum: qui in ea regnauit īſula. Ab eo creati ſunt peleus & telamon. Hoꝝ peleus diſco iacto īuitus phoeū fratrem interfecit. Ob hanc cedem a patre pulſus inq; phthiā theſſalie fugiens ab Actoro rege purificatus: inq; regnū cū is liberis carer& aſcitus eſt. Ex peleo ac Tethi de Achilles ortus cū agamēnone ad troiā acceſſit. Telamō ex egina abiēs adiit Salaminā ubi ſumpta uxore glauca Cychrei ſalaminoꝝ regis filiæ īperauit inſulæ. Glauce defuncta eribiam Alchari athenienſis deſpōdit: ex qua ortus Eātus poſtmodū troiano īterfuit bello. Nūc cū de pelope Tātaloq; atq; oenomao referendum a nobis ſit paulo ſupius hiſtoriā or dienda eſt. In piſa pelopōneſi ciuitate mars ex argina aſopi filia genuit Oenomaū. Hic unicam filiā hippodamiam appellauit. Finē uitæ ab ora culo ſcilcitante: reſponſū eſt tunc ī fata illū conceſſuꝝ cum filia hippoda mia nupſiſſ&. Igitur filiæ nuptias ueritus decreuit ut in ꝑpetua aſſeruare tur uirginitate hoc maxime exiſtimās pacto uitæ piculū ſe uitatuꝝ. Mul tis puellam uxorē ſibi dari poſtulantibus illis id ꝓpoſuit certamen quo qui uictus eſſ& īterficeretur. Victor uirginē deſpōderet. Equoꝝ īſtituit curſum a piſa ad aram neptunni quæ eſt apud Iſthinū corynthi. Curſus erat eiuſmodi: Oenomaus arietē ioui ſacrificabat. Qui uirginē poſtula bat quattuor equoꝝ ferebatur curru. Oenomaus ſacris pactis curſu ſeque batur ꝑcedentem auriga Mirthilo aſſecutū haſta quam geſtabat manu ī terficiebat. Hoc pacto cum plures equoꝝ uelocitate pemiſſ& pelops Tan tali qui piſam acceſſerat iuſſa hippodamia. Id cōcipiēs cōnubiū corrupto Mirthylo illius opera uictoria uſus eſt. primuſq; ad arā neptunni puenit Qua ex re dolore actus Oenomaus exiſtimans aduenisse reſponſi tem pus ſibi mortē cōſciuit. Pelops ſumpta uxore oippodamia piſæ regnum tenuit. Qui uiribus ac prudentia īſignis cū plurimos ī pelopōneſum ac colas deduxiſſet. eam patriam pelopōneſū ab ſe denomīauit: poſt eaq̄ pe lopis meminimus: neceſſarium uidetur: ne quid memoria prætereatur di gnum: ut & tantalum patrem ſuperioribus adiiciamus. Tantalus Iouis

filius diuitiis & gloria inſignis ĩ ea aſiæ parte: quã nunc paphlagoniam uocant habitauit plurimũ diis ob generis claritatẽ charus: poſtmodũ foelicitatem ſuã ĩſolenter ferẽs ĩmortalium ſecreta quæ menſæ cõmunione uſuq; deorum nouerat: palam ꝓtulit hoĩbus. Q ua ex cauſa & uiuus poenã tulit: & poſt obitũ ſecundũ fabulas tormẽtis apud ĩferos inter ſceleſtos ꝑpetuis punitur. Ex eo & pelops & Niobes orti ſunt. Hæc filios ſeptem & totidem filias peperit ſũmo decore pſtantis. Tali ꝓle ſuperbiens ad modum gloriabatur ſe latonæ pferens numero filiorum: itaq; ira motam fabulæ latonã ferunt: apollini: ut Niobis filios Dianæ ut filias arcu interficerent mandaſſe. Q uibus matri obtemperantibus cõtigit eodem tempore: & abundare filiis niobem & carere. Tantalus deorum odio cõtracto a paphlagonia ab Ilo troii pulſus eſt de quo & eius maioribus paucis ſcribemus. Prouinciæ troadi primus ĩpauit teucrus ex fluuio Schamãdro atq; Idea nympha genitus: Vir quidẽ egregius: & qui populos ſubditos teucros ab ſe nominauit. Teucro nata ẽ filia batea: quã dardanus iouis filius uxorem ſũpſit: regnoq; ſuccedens gentem de ſuo nomine dardanã dixit Vrbem pterea ſui nominis iuxta littus condidit. Huius erictonius filius primũ foelicitate excelluit & fortunis. Q uem & homerus ſcribit ditiſſimum hoĩum. Cui tria millia erãt equi paſcentes prata. Ericthonio natus eſt Tros: qui a ſe populos troadas appellauit: hic tres ſuſcepit filios: ilum aſſaracũ: ganymedem. Ilus cãpeſtria loca ad habitandũ eligens urbem inſignem ĩ troade cõdidit ab ſe Ilium appellatã. Huius filius Laumedon tithonũ genuit ac priamũ. Tithonus in aſiam orientẽ uerſus uſq; ĩ æthiopiam militans dicitur genuiſſe ex ida filium nomine Memnonem: qui cũ troianis præſidiũ tuliſſ&: poſtea ab achille eſt ĩterfectus: priamus ex hecuba uxore cũ alios plures tũ hectorem genuit: qui uir præclarus troiano ĩ bello fuit. Aſſaracus dardanis ĩperans Capim genuit: ex quo Anchiſes natus eſt. ex quæ eo & uenere æneas troianorum clariſſimus. Ganymedes omnium fortiſſimus a diis raptus eſt in pĩcernã iouis. Deinceps ad dedalum & minotaurum ad minoiſq; aduerſus corcalum ſiciliæ regem expeditionẽ trãſeamus. Dedalus genere athenienſis fuit unus ex his: qui erechthidæ dicũtur: natus ex mitiono Eupalami: qui fuit ex athineo Ericthei filio præclarus architectus fuit. Hic multorũ auxilio quos ſibi adiutores comparauit: quædam mirãda effecit uariis in locis orbis opera: ſtatuis uero fabricandis adeo ſupauit omnes: ut a poſteris traditũ ſit: ſigna ab eo facta cũ aſpicere atq; ambulare uiderentur ſpirantia exiſtimari. Ita enim

cōpoſitio membroꝝ apta erat & ſuis partibus perfecta:ut oēs ad admira
tionē allicer&:priores artifices ita ſignoꝝ oculos manus latera crura cō
ponebant ut in multis deficerent. Aufugit aūt a patria dedalus iā clarus
architectura cædis ob cauſam huiuſmodi dānatus. Talus adoleſcēs ſoro
ris filius ab eo erudiebatur cum ingenii acumine p̄ſtar& dedalo primum
rotam qua utuntur figuli adinuenit. Deinde repta ſerpentis maxilla par
uulum cum ſecaſſ& lignū imitatus poſtea dentium ſerpentis ſpiſſitudinē
ſeram ferreā fabricauit. Qua in re multum ad architectoꝝ artē adiumē
ti contulit. Similiter cū reperto torno pluribus in rebus hoībus ꝓfuiſſet:
magna laude celebratus eſt. Hunc pueꝝ dedalus īuidia motus exiſtimās
turpe eſſe magiſtrū ab adoleſcente gloria uinci dolo illum interfecit. Cū
puerum ſepeliſſ&:dolore moeſtus cum rogaretur de eo quē ſepeliſſ&:ſer
pentē reſpondit. Rem mirandā ducet quis fortaſſe animal ex quo ſerræ
forma ſumpta eſſ& feciſſe notam pueri cædē. Accuſatus homicidii deda
lus dānatus ab ario pagitis ad quendā terræ atticæ cōfugit populū:qui
ab eius nomine dedali uocitati ſunt. In cretā deinde tranſcendens cū ma
gno in honore ꝓpter artē haberetur in Minois regis amicitiā uenit. Tra
dunt fabulæ paſiphæn minois uxorē cum taurum adamaret ſignum bo
ui ſimile a dedalo factū. Eoq; modo tauro ſuppoſitam deſiderio potitā
eſſe. Ante hoc tempuſ minoem quot annis ferunt ſpecioſiſſimū oīum tau
rum neptunno ſolitum de more ſacrificare:cū ei taurus eſſet cæteris præ
ſtantior alium ſacrificauit deteriorē. Qua ex re iratus minoi neptunnus
eius tauri amorē paſiphæ iniecit:cui arte dedali ſuppoſita decātatum fa
bulis genuit minotauꝝ natura duplici:ut qui uſq; ad humeros taurus cæ
tera homo eſſ&. Ad hoc nutriendū mōſtrum aiunt a dedalo laberinthū
fabricatum difficiles habētem egreſſus & inſciis penitus irremeabiles. In
quo recluſo Minotauro ſeptē athenienſes pueri totidemq; uirgines ſin
gulis annis ꝓut antæa diximus dabātur. Dedalus iram Minois ex boue
a ſe fabricato cōceptam timens abſceſſit ex creta paſiphæs auxilio nauem
ad effugiendū p̄bentis poſt eū fugiens Icarus filius cum inſulā quandā
peteret ī mare decidens periit:a quo & inſula dicta eſt:& pelagus icareū
uocatum. Ex hac inſula abiens dedalus in ſiciliā appulit ad ea delatus lo
ca:ubi corcalus īperabat:a quo humaniter ſuſceptus eſt:ac ꝓpter īgeniū
præſtans famāq; eius ſumma beniuolētia habitus. Tradunt quidā:cum
adhuc in creta eſſ& dedalus & a paſiphæ abſconditus: Minoem regem
expetentem meritas ab eo poenas cum non reperiretur & naues omnis

inſulæ ſcrutari mandaſſe & ſimul pecunias pollicitū: ſi quis dedalum ĩue
niſſ&. At ipſe deſperato nauis tranſitu alas ſũma arte fabricauit: quas ce
ra cõpactas cum ſuo filiiq; corpori applicuiſſet: amboq; ſupra mare aduo
larent Icarus cū altius iter tanq̃ adoleſcens peter& ſolis æſtu cera liquefa
cta laxatiſq; alaꝝ iuncturis in mare decidit. Pater ꝓpe mare delatus aliis
ſæpius madefactis ad ſiciliam ꝑuenit ĩcolumis: quæ fabula q̃uis uideatur
miranda: tamen eã uoluimus recẽſere. Dedalus apud corcalum ac ſicanos
diutius cõmoratus eſt p̃clarus architecturæ artis p̃ſtantia. Aedificauit ĩ
inſula quædã: quæ adhuc ꝑmanent opera. Nam ꝓpe megarã fecit eam
quæ dicitur lymbethra. Ex qua ingens fluuius Alabos nomine in mare
ꝓpinquũ effluit. Iuxta eã quæ nunc eſt acragantina in loco qui dicitur ca
micus urbẽ ſupra petram effecit: ut quæ expugnari nequeat munitiſſimã
illius aſcenſu ita arcto difficiliq; reddito: ut aditus tribus aut quattuor ui
ris cuſtodiretur. In hac urbe Corcalus regia cõſtructa theſauꝝ omnẽ in
ea tanq̃ inexpugnabili condidit. Tertio ædificauit in ora Selinutina an
truum: ex quo ita euaporabat ab igne fumus: ut aſtantibus paulatĩ ſudor
ex calore eliceretur: curarenturq; cū uoluptate adeuntium corpora nulla
caloris moleſtia ꝑcepta. Eſt iuxta erycẽ ſaxū præceps ꝓruptum: ultra mo
dum editum: ꝑ cuius abrupta anguſtũ difficileq; erat iter ad ueneris tem
plum. In eo ducto muro aditum reddidit latiorẽ. Multa p̃terea a dedalo
opera cõſtructa in ſicilia ſunt temporꝝ uetuſtate corrupta. Aureũ inſup
arietẽ ueneri & erici poſuit ea ingenii arte ſculptũ: ut uiuus extimaretur.
Interĩ minos claſſe potens cognita dedali in ſiciliã fuga ſtatuit cum bello
ꝑſequi p̃paratis nauibus e creta ꝓfectus in acragantinã appulit: quæ nũc
ab eo minoa uocatur. Expoſitis copiis ꝑ nuntiũ a Corcalo tradi ſibi De
dalum ad poenã popoſcit. Corcalus minoe ad colloquiũ accito quod po
ſtular& ſe facturꝝ pollicitus domi receptum cũ in balneis lauaretur adeo
in longũ tẽpus in thermis detinuit: ut nimio æſtu ſuffocaretur. Eius deĩ
de corpus cretenſibus reddidit prælata obitus cauſa: ꝙ ĩ lauacro exlapſũ
aqua calida piſſ&. Eius corpus milites magnifice ſepeliuerunt: ſepulchro
ei duplici conſtructo: Vno in quo poſita ſunt occulte minois oſſa. Aliud
palã ædificato ueneri templo: quod multis ſeculis poſteri ut tẽplum ue
neris coluerũt. Poſtea cum acragãtines regnãte apud eos Thuono urbẽ
conderent repertum ſepulchrum oſſibus in cretã miſſis demoliuere. Cre
tenſibus qui defuncto Minoe in ſicilia abſq; imperio remanſerant inuicẽ
diſſidentibus quidam qui ſicanis aſſueuerant contempta patria in ſicilia

manſere. Hoꝝ pars ciuitatē cōdidit: quam ab eoꝝ rege dixerunt Minoē.
Pars per littus errans locum munitū condende urbi elegit: quā a fonte ī
urbe fluēte engyam appellarunt. Poſt captā uero troiam Merionū creti
& cum eo cretenſes nauibus in ſiciliā delatos ueluti cognatos in ciuitatē
ſuſcepere. Hi poſtea ab ochyra urbe recedentes expugnatis nōnullis fini
timis eorum regiones poſſederunt. Aucti poſtmodū opibus templū ma
tribus edificarunt præcipuo eas cultu deas multiſq; templū, donis hono
rantes. Has ex creta aiunt ubi maxime coluntur aduectas iouem olim clā
patre ſaturno educaſſe. Quo merito in cælum ſunt in aſtra: ꝗ arctos di
cunt tranſlate. Hæc & aratus in ſuo de aſtris opere confirmat īquiens eas
ꝓpter iouē occulte enutritū ī cælum aſcendiſſe. Neq; uero equū uidetur
haꝝ deaꝝ præſens hoībus numen & cultum ꝑterire. Nam eas nō ſolū
huius urbis accolæ: ſed etiā ex finitimis quidā ſacris ſolemnibus & aliis
honoribus celebrant. Quædā urbes etiam ꝑtioſa uaſa eaꝝ cultui depu
tarunt. Futurā enim exiſtimant & priuatis & huiuſmodi cultu foelicem
uitam & urbibus diuturnā. Vſq; adeo aūt iſtaꝝ deaꝝ creuit religio ut
accolæ ꝑmultis aureis atq; argenteis uſq; ad ſcriptoꝝ tempora donis ex
ornarint. Templū quippe ipſis edificatum eſt ingens ac ſūptuoſum: ad
cuius ſtructurā cū loci natura nō ſuppeteret ab Aſtygitone agyrineoꝝ
quæ centum ab eis diſtat ſtadiis ſaxa aduehi magna īpenſa curarūt. Cū
uero iter quo neceſſe erat lapides ferri aſpeꝝ eſſ& ac difficile trāſitu quat
tuor rotarum curribus ad id ꝑparatis centum iugis boum lapides delati
ſunt. Sacraꝝ enim pecuniaꝝ copiæ impenſam tanti operis contempſere
paulo ante hæc tempora erant eis deabus ſacri boues ad tria millia agri
adeo ꝑmulti ut magnum uectigal ꝑberent. Nunc Ariſtei acta ſequētur.
Hic ex Apolline ac Cyrene ipſei filia genitus eſt: de cuius genere quidā
ita trdūt. Cum cyrenes apud peleū uirgo educaretur: Apollo eius forma
captus raptā uirginem ī libyam detulit ad ea loca in quibus poſtmodum
ciuitas cōdita eſt ab eius nomine cyrenes. Ex ea filium ſuſcepit Euriſteū:
quem infantē tradit nymphis nutriendū: a quibus triplici nomine eſt
appellatus. Nomius: Ariſteus: Agreus. Ab his nymphis cū lac coagula
re mel atq; oleū cōficere didiciſſ& prius ea ī uſū hoīum traduxit. A poſte
ris ut deus meritis honoribus ſicut & dionyſius cultus eſt: ꝑfectum dei
ceps in boetiam aiunt Autonoem cadmi filiam uxorē ſumpſiſſe. Ex qua
genitus eſt acteon: quē fabulæ ferunt a ſuis canibus diſcerptū. Cuius rei
cauſa ea traditur a nōnullis extitiſſe: ꝙ dianæ cōcubitum cū uenaretur in

mōtibus iuxta templū ſitis appetierit. Alii ꝙ ſe illi acteon p̄tulerit uenā
di arte. Utrunq; ueriſimile eſt ad iram deam īcitaſſe. Siue enī deſuetā nu
ptiis uirginē ad ſuā q̄ſiuit cupiditatē traducere ſiue auſus eſt ſe illi ī uena
tionibus anteferre: Cum etiā dii ī eo exercitio illi cedant: merito irata dea
eum in beluā q̄ a canibus laceraretur cōuertit. Ariſteū aiunt poſt actheo
nis obitū cum ad oraculum adiſſ& patris Apollinē reſpōdiſſe futuꝝ eſſe
ut chyum inſulā adir&: ī qua ei honores īpenderentur. Cum ī eam naui
gaſſ& orta ꝑ uniuerſā græciā peſte ſacra pro græcis ſyrii: aſtri tempore
feciſſe dicunt. Hiſq; actis ethesiis flātibus uentis morbū ceſſaſſe. Mirāda
ꝓfecto res huic homini priuatī cōtigit. Nam is qui filium a canibus inter
emptum cōſpexit & aſtrum celeſte: quod ex noīe pernitiē inferre morta
libus putant ad ſalutem uertit: & cæteris extiti cā ſalutis poſtea nepoti
bus ī chio relictis in libyā ad matrē nymphā rediit. Ac deinde ī inſulam
ſardoꝝ profectus in ea conſtitit: Captuſq; inſulæ amenitate cōſitis arbo
ribus ex agreſti reddidit cultiorē. Ibi duos genuit filios Charinū ac chal
licarpum. Ad alicis quoq; inſulas cū acceſſiſſ& in ſicilia aliquādiu cōmora
tus eſt: in qua cum uariis fructibus armentiſq; referta eſſ& ſinguloꝝ uſū
edocuit. Quo beneficio ſiculi & hii p̄cipue apud quos naſcuntur oleæ ꝓ
deo ſūmo honore coluerunt. Tandē ferunt in thraciā ad dionyſiū tranſ
greſſum & percepiſſe orgia & diutius cum eo cōmoratum multa ad uitam
utilia didiciſſe: Cum aliquādiu in monte qui Emos dicitur habitans poſt
modum nō cōparuiſſ& deoꝝ īmortalium honores non ſolum a barbaris:
ſed a græcis quoq; aſſecutus eſt. Poſt ariſteum daphnis atq; erix adiicien
tur. Ericem tradunt ueneris ac buti regis cuiuſdā indigene īlignis gloria
filium extitiſſe. Hic propter nobilitatē maternam præclarus apud hoīes
fuit: & imperitauit inſulæ parti: Condidit quoq; ſuper locū excelſum ex
ſuo nomine ciuitatem præclarā ī cuius arce matri dicato templo & uaſis
illud & uariis ornauit donis: Eam uenus urbem tum īcolentium religiōe
tum filii pietate allecta plurimum dilexit: a qua uenus ericina dicta eſt.
Mirabitur quis fortaſſe huius templi famā: Nam cum alioꝝ templorum
gloria ad ſummum perducta quandoq; aliqua obducta ſit calamitate. So
lius templi huius cultus atq; honor a primordio cepti nunq̄ deferunt ſē
per in melius aucti: Et quidem præter honores ab Erice īſtitutos æneas
poſtmodum italiam petens cum ī ſiciliam appuliſſ& plurima dona uene
ris ueluti matris templo ottulit: Sicani deinde multis poſt ſeculis hanc
uenerati deam eius templum ſacris doniſq; permultis ornarunt. Ab athe

nienſibus poſtea qui eam part ſiciliæ tenuere. Venus p̄cipue ſūmo ſtu
dio culta eſt. Romani poſtremo uniuerſæ ĩſulæ ĩpantes ſupiores oĩs in
huius deæ cultu haud ĩmerito excelſerunt ſuū genus in hanc referrẽtes:
ꝓpterq̄ eam ꝓſpera uſi in rebus fortuna eoꝝ imperii cām merita gratia
honoreq̄ ꝓſecuti ſunt. Conſules enĩ militeſq̄ qui in ĩſulā tranſcendunt
ac oẽs qui cum impio aliquo illuc adeunt: cum ad ericem ueniunt: p̄cipuis
ſacris honoribuſq̄ templum uenerantur: omniq̄ abiecta impii ſeuerita
te in pueroꝝ ac mulieꝝ remiſſionem hilaritatemq̄ cõuerſi ſolum eo pa
cto gratum eoꝝ aduentum eſſe deæ putãt. Senatui eius deæ cultus atq̄
honorꝰ cura p̄cipua fuit. Statuit enĩ in eius honorem fideliſſimas ſiciliæ
urbes decem & ſeptẽ numero aurum ueneri cõferre. Milites quoq̄ ducẽ
ti ad eius templi tutelam deputati ſunt. ſed de hac dea ſatis: nunc ad da
phnidem ueniendum. Sunt mõtes in ſicilia quos Erios uocant. Hos loci
natura tanq̄ cõtinua æſtate amenos atq̄ uberes reddit. Fontes ſunt ĩ eis
denſis undiq̄ arboribus aquæ p̄ter cæteras dulces. Frequentes quoq̄ in
eis quercus croſſiorem q̄ qui apud alios naſcuntur fructū reddunt. dome
ſtice etiam arbores & uineæ permultæ copiaq̄ ingenti mala naſcuntur.
Adeo aūt fructiferi montes exiſtunt ut aliquando carthaginenſiū exer
citum pmagnū fame ſupueniente abunde nutrierint. In huius regionis
ſilua admodū amena: ĩ qua diuertebantur nymphæ. Ex mercurio & nym
pha daphnidē natum tradūt qui a lauroꝝ multitudine quæ in ea frequē
tes ſunt appellatus eſt daphnis: Educatus a nymphis boum pmulta poſ
ſedit armenta. A quoꝝ cura bucolos dictus eſt. Cū eſſet ingenio acri ſtu
diumq̄ plurimum gubernandis bobus ĩpenderet: carmen bucolicū quod
etiam nunc uſq̄ ad ſiculis in p̄tio habetur adinuenit. Tradunt inſup illū
in dianæ gratiam uenandi ſtudio ĩpendiſſe operam: eamq̄ ĩ fiſtula & can
tu bucolico apprime oblectaſſe. Huius amore capta nympha prædixiſſe
illi tradunt ſi cui alteri iungeretur ſe illum uiſu priuaturam. poſtmodum
quodam regis filia ab ſe ebrio ſtuprata oculis ut prædictū fuerat captus
eſt. Sed de daphnide iterum referetur. Nunc de orione paucis ſcribendū
uidetur. Ferunt hunc tum magnitudine tum robore corporis heroas ex
cedentem & uenatorem fuiſſe & opera effeciſſe multa amore laudis. Nā
Zacloto in ſicilia regnante urbem ab eo dictam zachlim: quæ nunc meſſa
na eſt ædificauit: portum præterea iacta mole actum nomine cõſtruxit.
Quoniam Meſſane mentio ĩcidit haud abre erit quæ de eius freto ferū
tur recenſere. Tradunt priſci rerum ſcriptores ſiciliām olim fuiſſe italiæ

coniunctā:ſed poſtea ex huiuſmodi cauſa inſulā euaſiſſe. Q ua parte anguſtus cōtinens ab utroq; maris latere æſtu collidebatur. Dirupta maris fluctibus terra aquā peruiam feciſſe aqua terræ ſciſſura regius is locus appellatus eſt: ac multis poſtmodū annis cōdita ibi ciuitas idem fuit nomē ſortita. Q uidā tradunt terremotu ſciſſum cōtinentem dediſſe mari locū Ac propterea diuiſam a cōtinenti ſiciliam inſulam effectā Heſiodus poeta contra ſentit. Ait enī operto mari ꝓmontoriū qui iuxta pelori montē eſt exaggeraſſe orionem: inq; eo tēplum neptunno quem incole ꝑcipuo honore colerēt fabricaſſe. Q uod opus cū cōſumaſſ& ad Euboeam diuertit. Deinceps propter famā inter aſtra annumeratus īmortale nomē adeptus. Q uā rem Homerus quoq; in necyia plurium uerſuum teſtimonio aſſerit. poſtea uero q̄ de hominibus ac ſemideis prout a principio ſumus polliciti ſcripſimus finem huic libro ſtatuemus.

EXPLICIT Q VINTVS. INCIPIT SEXTVS IN Q VO HAEC CONTINENTVR OMNIA.

De his quæ fabuloſe de ſicilia ferūtur: & de figura & magnitudīe īſulæ.
De cerere ac proſerpina & frumenti inuentione.
De lipara & cæteris quæ eolides inſulæ appellatæ ſunt.
De melita: glauco: & cercina.
De ethalia: cyrno: & ſardone.
De pithiuſſa: & inſulis quas aliqui baleares appellant.
De inſulis oceani quæ ad heſperum uergunt.
De britannia inſula: & de ea quæ dicitur baſilea ubi electrum oritur.
De galatia: celtiberia: hiberia: liguria: tyrrenia: & de his qui ea loca habitant: & quibus legibus qui ea loca habitant utantur.
De inſulis oceani: quæ ad meridiem ſunt: & de ea quæ hiera appellatur: & panthea: & quæ de his quæ in ea ſcribuntur.
De ſamothracia: & de myſteriis quæ in ea ſunt.
De naxo: ſyrna: & calydna.
De rhodo: & iis quæ de ea fabuloſe feruntur.
De cheroneſſo: quæ rhodo oppoſita eſt.
De creta: & iis quæ de ea fabuloſe feruntur uſq; ad iuniora tempora.
De leſoo: chio: ſamo: coo: & rhodiorum colonis.
De thēedo: & de habitatōibus eius & de eis q̄ a thēediis geſta dicūtur.
De cicladibus inſulis.

VM OMNIA In quibus hiſtoria uerſatur cōplecti
reꝝ ſcriptores deceat tū uero maxīe quomō quæq; res
ſingulatī deſcribende ſint: cura uidetur ſuſcipiēda. Nō
enī tantūmodo hæc notatio particularis diligētiaq; pri
uatis hoībus ad cōſeruandas augendaſq; fortunas ꝓfi
cit: ueꝝ hiſtoricis etiā plurimū affert decoris atq; orna
menti. Quidā quoꝝ ob eloquentiā ac reꝝ geſtaꝝ copiā merito lauda
tur opus in ſingulaꝝ reꝝ deſcriptione aberrarunt. Vt eoꝝ labor atq; in
duſtria a legentibus in recenſenda hiſtoria cōprobetur ſcribēdi ordo nō
careat reprehenſione. Timeus ſane tū tempoꝝ exquiſitam diligentiā tū
plurimaꝝ reꝝ hiſtoriam ſe traditoꝝ pollicitus quod nimiū opere ī aliis
redarguendis īpenderit culpatur. Qua ex re a nōnullis ottrectator eſt
cognominatus. Ephorus hiſtoriā cōtexens eloquenter ſīgula priuatī di
ligenterq; rettulit libros ſuos in res ſingulas partitus. Huius nos morem
quoad facultas tulit ſecuti p̄ſentē librū deſcribēdis īſulis diſtribuimus: ī
quis primum ſe offert ſicilia quæ optima inſulaꝝ oīum reꝝ, antiquitate
cæteras antecellit. Hæc olim trinatria ab eius forma primū appellata Si
cania deinceps ab incolis dicta eſt: poſtremo ab italis qui ſiculi dicebātur
in eam uulgo ꝓfectis ſiciliam dixere. Eſt eius ambitus ſtadioꝝ quattuor
millium trecentoꝝ ſexagīta. Nam trium laterum unum a peloro lilybeū
uſq; mille ſtadia & ſeptingenta cōplectitur: a lilybeo ad pachinnū agri ſi
raculii ſtadia ſunt mille & quīgenta. Reliquis ambitus ꝓtenditur ſtadiis
mille centum quadraginta. Tradunt ſiculi ducta ex antiqua a ꝓgenitori
bus fama ſiciliam cereri ac ꝓſerpinæ ſacrā eſſe: Fabulantur poetaꝝ quidā
poſt plutonis ac ꝓſerpinæ nuptias hanc inſulā ab ioue anacalyptre nym
phæ traditā. Sicanos aūt qui in ea antiquitus habitarunt īdigetes eſſe p̄
cipui ſcriptores tradunt. Has ſimul deas primū in ſicilia uiſas ſinq; ea pri
mo frumentū terræ bonitate ortum ſicut & clariſſimus teſtatur poeta in
quiens oīa ibi ſua ſponte terram ꝓducere in agro leontino multiſq; præ
terea ſiciliæ locis etiā nunc triticum agreſte oritur. Deniq; ſi q̄ritur ante
frumenti uſum ibi primū id reptum ſit merito eius rei laus ſiciliæ tribue
tur. Has deas certe repto res eius cōſtat magno in honore apud ſiciliā fu
iſſe. Raptam uero ibi ꝓſerpinam argumentum eſſe uolunt q; hæ deæ in
hac tanq̄ inſula admodum eis dilecta habitarint. Raptū ꝓſerpinæ ī pra
tis iuxta etnam ciuitati ꝓpinquis ferunt: quæ liliis uariiſq; floribus dea
dignis ornata erant. Vbiq; propter odorum fragrantiam ſagaces canes

odoratu carent naturā ſenſus floꝝ odore ſupāte. Eſt id pratū a ſupiori
parte planum admodū aquis redundans altus circum & p̄cipitiis undiqꝫ
abſciſſus: Ex quo a nōnullis ſiciliæ appellatur umbelicus. Sunt ei ꝓpīqua
nemora prataqꝫ & paludes undiqꝫ. Speluncā inſup ꝑgrandem quæ hiatū
ſub terrā habeat ad arctum ſpectantē eſſe dicunt: ꝑ quē plutonem fabu
lantur cū curru rapta ꝓſerpina tranſiſſe. Lilia alioſqꝫ flores odorem præ
bētes ꝑ uniuerſū uolunt ānum quibus aſpectus oblectetur uirides ꝑma
nere. Mineruā inſup ac dianā uirgines cum ꝓſerpina nutritas una flores
legere ſolitas fabulæ ferunt: unaqꝫ eas ioui patri ueſtem feciſſe. Qua mu
tua cōſuetudine uſuqꝫ eam īſulā omnes maxime diligebāt quelib& locū
quem elegerat ſortita. Nā minerua circa imerā regiones elegit: ī quibus
nymphæ in eius gratiā aquæ calidæ fontes ſtaturire hercule aduētante
fecere. Quæ loca ſimul & urbem: quæ nunc uſqꝫ mineruæ nomē tenet
incolæ ei ſacrarunt. Dianā ſiracuſis inſulam a diis accepit orthygiā ab ea
tum oraculorum reſponſo tum uoce nominatū. Eodem pacto & in hac in
ſula nymphæ in dianæ gratiam maximū ꝓduxere fōtem: qui dicitur are
thuſa. Hic nō tantum priſcis: ſed noſtris quoque temporibus magna co
pia fert piſces ſacros quippe ab hoībus intactos. Sæpius qui eos belloꝝ
tempore edere auſi ſunt: deoꝝ ira magnas calamitates ſubierunt. Verum
de his poſterius. Proſerpina haꝝ īſtar deaꝝ prata circa etnam elegit: cui
fons igenſis racuſis dicatus eſt nomīe Cyanes. At uero pluto cum rapta
proſerpina ꝓpter ſiracuſas per terræ hiatū ad īferos curru deſcēdit: ſyra
cuſii iuxta Cyanem ſingulis annis dies feſtos celebrant: in quibus ſacra
faciunt priuati paruis uictimis publice tauros in palude īmergunt morē
herculis imitati qui eiuſmodi ſacris quo tēpore gerionis boues ꝑ ſiciliam
deduxit uſus eſt. Tradunt deīceps Cererem cum filium repire nō poſſ&
facibus in ethna accenſis uarias orbis partes ꝓſerpinam quærentē deam
bulaſſe: homīeſque qui eam grate ſuſceperant tanq̄ beneficii memorē fru
mēti edocuiſſe uſum: ī quis primum ꝓpter ſuam erga deam humanitatē
poſt ſiculos fuere atheniēſes. Qua ex re publice hāc deam præ cæteris
coluere tū ſacrificiis ampliſſimis tū eleuſine myſteriis quæ antiquitate
caſtimoniaque apud omnes homines ſūt uulgata. Cū plures ab atheniē
ſibus humanitatis gratia frumētum accepiſſēt: proximis illud incolis im
partiri ſūt: atque exīde per totum fere orbem eſt diffuſum. At ſiculi Ce
reris proſerpinæque erga eos īdulgētia moti ut quibus frumēti uſus pri
mum īnotuiſſ&: utrique earum ſacra cerimoniaſque diuerſo anni tēpore

inſtituerunt: ꝓſerpinæ quidē meſſis tempore tanta caſtimonia ſtudioq; q̄tam tanti doni ratio poſtulabat. Cereri uero cū ſemen ī terrā iactatur Apparatu ac magnificentia exquiſita decē dies feſtos agūt priorē repre ſentantes uitā: quibus diebus turpi loquio inuicē uti conſueuere: uti deæ dolor ex filiæ raptu cōceptus riſu ex uerboꝝ ſcurilitate mitigaretur. hūc ut diximus ꝓſerpinæ raptū plures tū hiſtorici tū poetæ fuiſſe affirmāt. Carcynus ſane tragedus qui ſyracuſas ſæpius acceſſit cōſpecto incolaꝝ ī eiuſmodi ſacris ſtudio ꝓſerpinā a plutone raptā atq; ad inferos dedu ctam poſtmodū uero a cerere ſūpto ex ethna ſiciliæ igne planctu luctuq; q̄ſitam ab eaq; frumentum mōſtratū. unde & dea ſit habita ī ſuo poema te affirmat. Nō uidentur aūt ommittenda huius deæ erga hoīes benefi cia. Nam p̄ter ab ea reptum frumentum leges edidit: quibus iuſte pieq; hoīes uiuere aſſueſcerent. Ex quo & legiferā dixerunt. Quibus īuentis haud facile quis maiora repire poſſet. Cū in his ſita ſit nō uiuendi tantū ſed bene honeſteq; uiuendi īſtitutio. Sed de his hactenus: nunc de ſica nis qui primi ī ſicilia habitarunt: quoniā de eis ſcriptores diſſentiunt eſt ſcribēdum. Philiſtus eos ex hiberia ī ſiciliā ueniſſe affirmat: qui id nomē a ſicano hiberie flumine traxerūt. Timeus huius ſcriptoris inſcitiā argu ens ſicanos ait ſiciliæ īdigetes eſſe multa ſuæ antiquitatis argumenta fe rens quæ haud ope p̄tium eſt recenſere. Cæteꝝ habitabant priſcis tēpo ribus ſicani in mōtibus natura munitis: ī quibus urbes latronū metu edi ficarunt Nulli enī regi ſuberāt: ſed ſuus cuiq; urbi inerat prīceps. Hi pri mum uniuerſā tenuere inſulam agros colentes: ex quibus uitæ cibū ſume bant. Poſtmodū Ethna ignes qui ꝓximas regiones urebant eruptante: cū plures annos id incendiū patriam uaſtaret: timore acti omiſſis orīeta libus locis partes q̄ ad occidentem uergebant petiuere. Multis deinde ſe culis ſiculi ab italia ī ſiciliā ꝓfecti loca tenuerūt ab ſicanis relicta. Opibus deinceps ac uiribus potentes ꝓpinquis agris occupatis quotidie magis īperium augebāt. Quoad bello ſæpius cū ſicanis moto certo poſtmodū foedere agroꝝ fines inuicem ſtatuerunt. Poſtremo a græcis colonie in ſi ciliam deducte ſunt: ubreſq; maritime cōdite. Mutua poſtmodum cōſue tudine uſuq; cum plures in diem græci in ſiciliam nauigarent: & linguā græcam omiſſa barbara didicere & mutato nomine ſiculi ſunt appellati. Secuntur eolides inſulæ ſeptem numero: Strongyla Euonyma Didyme Phinicodes Sacra Vulchania lypara in qua eſt eiuſdē nominis ciuitas. Si tæ aūt ſunt inter italiam ſiciliamq; recto curſu. Diſtant a ſicilia centum

quinquaginta ferme ſtadiis pares inuicē magnitudine. Eaꝝ maxima cir cuitu cōplectitur ſtadia centū quinquagīta Ignem hactenus euomebant oēs quaꝝ meatus oraꝙ ignis etiā nunc uiſuntur: in ſtrongyla ac ſacra hu cuſꝙ ex terræ hiatu uentus erumpit & fetor īgens: eruptat quoꝙ arenā lapideſꝙ igneos ꝑmultos: quēadmodū & Etnæ accidit. Aſſerūt nōnulli meatus eſſe ſubterraneos ab etna ad has īſulas & his oībus eandē ignē ſpirandi cām eſſe. Has inſup inſulas tradunt olī deſertas fuiſſe. Sed lypa rum quendā auſoni regis filiū a fratribus diſſidentē ex italia cum longis nauibus aduecta ſecū militū copia ad īſulā appuliſſe: q̄ ab eo lypara ſit ap pelata: inꝙ ea ſui noīs urbe cōdita reliquaꝝ quoꝙ īſulaꝝ agros excoluit Eo ſeneſcente Eolus hippoti cum ſociis quibuſdā in lypparā cū ueniſſ& ſumpta uxore lyppari filia his poſtmodū īſulis impauit. Verum lyparus cum in italiā reuerti cup& iuxta Surentū tenuit loca: quibus magna cum laude p̄fuit. Defunctus deinde ac magnifice ſepultus honores heroicos ab incolis aſſecutus eſt. Eolum uero is eſt aliquē fabulæ ulixē errantē di uertiſſe tradunt iuſtum ac pium extitiſſe. Legimus & erga hoſpites ꝑ hu manum p̄terea uelis uti nautas docuit. Obſeruatione ignis qui uēti futu ri eſſent prædixit. Vnde & illum fabulæ uentoꝝ potentem dixere. Ob eximiā eius pietatē deoꝝ amicis eſt nominatus. Ex eolo filii ſex orti ſūt. Aſthyothus: xuthus: Androcleus: Feremon: Iocaſtes: Agathyrſus: qui oēs ob gloriā ac uirtutes paternas magno in honore ſunt habiti. Horū Iocaſtes loca italiæ circa regium poſſedit. Feremon atꝙ Androcleus eam regionem ſiciliæ quæ a freto quod inſulā diuidit uſꝙ ad lilybeum eſt: te nuerunt. Huius regionis agros qui ad orientē uergūt coluere ſiculi: Q ui ad occaſum ſpectāt ſicani: Hi īuicem diſſidentes Eoli filiis tum propter uulgatā parentis pietatem tum ob eoꝝ in ſe curā ac diligentiā ſpōte pa ruerunt: impauit quoꝙ xuthus ei parti quæ ad leontinos uergit uſꝙ ad hæc tempora ab eo xuthia dicta. Agathyrſus cū dominaretur ei q̄ nunc Agathyrſis ora appellatur: urbem condidit ab ſe Agathyrſidem uocatā Aſtyochus præfuit lipare qui omnes paterne uirtutis emuli magna cum laude uixerunt. Cum pluribus ſæculis Eoli ꝓgenies in ſicilia regnaſſ&: tādem defecit: poſt hos ſiculi ad meliores uiros principatum deferebāt. Sicani orta ob principatum cōtentione bello īter ſe certarunt. Multis de inceps exactis annis cum inſula cultoribus in diem magis deficer& gni dii quidam rhodiiꝙ regum aſiæ iniuria oppreſſi in ſiciliam deducere co loniam decreuere. Sumpto duce pentathlo gnidio qui genus ſuū ad hip

potum herculis ꝓgeniem referebat: quiquagesima tunc olimpiade ĩ qua ſtudii uictor fuit lacedemonius Epiſtelidas: Egreſſi circa lilybeũ egeſte os Sellinũtioſq; inuicem bellantes ĩuenerunt. Foedere cũ ſellinuntiis inito ꝑlioq; aduerſus egeſteos cõmiſſo multi eoꝝ cecidere: in quis dux pentathlus occubuit. Qui ex ꝑlio ſupfuerunt ſellinuntiis deuictis ſtatuerũt ĩde abire creatis ducibus gorgone Theſtore ac epitherſi de pẽtathlii domeſticis p tyrrenum pelagus cũ ad lipparam appuliſſent: humaniter ab incolis accepti habitarunt ĩ inſula numero ferme quingenti. Poſtmodũ tyrrenis mare latrocinio infeſtantibus ad ſe tuendũ naues ædificarunt. Eoꝝ pars ad cõmunem utilitatẽ colebant agros pars piratis obſiſtebat. Hi cõmunicatis inuicẽ fortunis rebuſq; oĩbus aliq̃diu in ea uitæ cõmunione ꝑmanſere. Deinceps cũ lipparam urbemq; eius cæpiſſent: reliquaꝝ inſulaꝝ agros cõmuniter exercebãt. Poſtremo oẽs ĩſulas in uigĩti ãnos ita ut denuo illas eo acto tempore ſortirentur partiti ſunt. Nõnullis ꝑterea naualibus pugnis ſupatis tyrrenis ſpolioꝝ decimas ĩ delphos ottulerũt: Supereſt ut cauſas addamus quibus poſtea foelicitatis gloriæq; ĩcrementa lyppare urbis ſuſcepit: primũ ipſa natura tũ pratis inſula decora eſt: tum balneis quæ admodũ cõmendantur: ad ualitudinem enĩ cõferunt & ſumam ex uſu præbent uoluptatem. Quo fit ut ſiculi pmulti morbo implicit eo ſanitatis gratia cõfluentes ualitudinem priſtinã recupent. Profert inſup ea inſula metallũ celebre quod allumen appellant. Ex quo lypparenſes romaniq; magnum pcipiunt uectigal. Nam cum nullo ĩ loco orbis allumen generetur: magnos affert huic inſulæ quæſtus: Hæc parua ẽ magnitudĩe: ſed fertilis ad hoĩum uitam: quippe quæ oĩs generis piſces abunde præbeat & fructus arboꝝ ſuaues guſtu: poſt lypparam occidentem uerſus inſula eſt parua admodũ deſerta & ab re quadam oſteodis cognominatã. Nam carthagineſes quo tempore aduerſus ſyracuſios bellũ geſſere magnis peditũ copiis ingentiq; claſſe in ſiciliã ꝓfecti ſunt. His cũ plures mercẽnarii uariis ex gentibus mixti eſſent: & hi ſæpius ꝑſertĩ ob ſtipendiũ ſuo tẽpore nõ ĩpenſum ſeditioni numuro millia ſexagita primum ad ꝑtoria concurrentes tumultũ aduerſus duces excitabant: minabantur: ſed cũ ſæpius pecuniæ deeſſent armis ſi quod deberetur uendicaturos. Cõſultus ſenatus ĩperatoribus occulte mandauit ut ſeditioſos ex exercitu amouerent. Itaq; mercennarios oẽs ſumpta alterius belli occaſione in naues ĩpoſitos in hanc inſulã expoſuerunt. Vbi relicti fame abſumpti ſunt. Tot hoĩum defunctoꝝ oſſa parue inſulæ nomen dedere. Recen

ſitis eoli inſulis deinceps ad reliqui lateras inſulas tranſceamus: in ea ſici
liæ parte quæ ad meridiē uergit tres īſulæ ſunt. Quarꝫ ſingulæ portus
tutos habent nauigantibus. Prima qua ī melitem dicūt a ſyracuſiis remo
ta ſtadiis octuaginta portus habet plures admodū utiles. Eius īcole for
tunati exiſtimantur: quoniā & uarii generis exercent artes: & optimas fa
ciunt linteas telas tum tenuitate tum mollitie ſpectatas. Domos inſuper
ædificant ꝑ loci qualitate pulchras & exornatas gypſo. Eſt aūt hæc īſu
la ueluti palmarꝫ colonia q̄dam cū ibi plurime fiant. Mercatores uſqꝫ ad
occidens pelagus nauigātes ad hanc cōfugiunt: ut q̄ plures habeat tutos
portus. Qua ex cā eius accole ꝓpter beneficia mercatoribus impenſa &
opibus & gloria rem auxerunt. Eſt & alia īſula nomine gaudas: q̄ plures
hab& oportunos portus & abundat palmis. Deinceps eſt & Cercyna: q̄
ad libyam ſpectat: In qua haud ignobilis eſt ciuitas & portus nō ſolum
mercatoribus utiles: ſed longis nauibus accomodati. Sequuntur poſt lyp
param īſulæ ad tyrrenū pelagus ſite: ī quibus una eſt nomine ethalia po
pulonie oppoſita urbi diſtans a cōtinenti ſtadiis ferme centū: q̄ id nomē
ab etalio: qui ei p̄fuit duce ſortita eſt: In ea effoditur petra: ex qua ferrū
excuditur. incidunt enī id metalli genus quo abundat īſula inde ex ſaxis
in fornacibus decoctis ferrū liquefactum ī fruſtra partiuntur magnis ſpō
gis ſimilia: q̄ poſtmodū mercatores ad emporia deferunt. Ex ferro artifi
ces uaria cudūt īſtrumēta rei ruſtice diuerſiſqꝫ artibus accomodata. Præ
ter hanc eſt īſula lōge ab eis ſtadiis trecentis: q̄ a græcis Cyrnos appella
tur: a romanis uero atqꝫ īcolis corſica. Hæc aditu facilis portū hab& pul
cherrimum noīe ſiracuſium Celebres in ea ciuitates habentur duæ. ſ. Ca
laris & Nicea. Calaris a phocenſibus qui a tyrrenis poſtmodū īſula pul
ſi ſunt. Nicea a tyrrenis maritimis qui reliquas etiā tyrreni maris inſulas
ſuæ ditionis fecerunt cōditæ. Hi poſtea urbibus q̄ in cyrno erāt ſubactis
Reſinæ ceræqꝫ ac mellis: quorꝫ ea fertilis eſt inſula tributa īpoſuerunt.
Serui qui in ea ſunt plurimum ab aliorꝫ ſeruorꝫ: quod eis natura accidit:
uſu uitæ differunt. Inſula ampla eſt magnaqꝫ ex parte mōtuoſa ac ſilue
ſtris fertur. Fluminibus inſup irrigua. Hoīes lacte melle ac carnibus: oīa
affatī præb& patria: iuſte & humaniter ultra cæteros barbaros inuicem
uiuunt. Fauum quod in montanis arboribus reperitur illius eſſe ſinunt:
qui id prius adinuenit. Oues ſignaculis diſtinctæ etiā nullo cuſtode pa
tronis ſeruātur. In priuata uita actionibuſqꝫ miro quodam modo iuſtiti
am obſeruant. Mirandum uero eſt quod apud eos fit in filiorum ortu.

Nam cū mulier parit nulla eſt puerperii cura. Sed uir eius ueluti & ipſe
īplicitus puerpii morbo ſtatutos dieſ domi uxoriſ curā ſuſcipit. Naſcitur
ī ea īſula buxus copia: ī q̈ arbore mel quod fit amaꝝ admodū exiſtit. Bar
bari inſulā habitātes uaria utuntur loq̄la & ad intelligendū difficili. Nu
mero excædunt hoīum triginta millia. Huic ꝓxima ſardinia inſula ſiciliæ
par magnitudine a barbaris: Iolaos uocant tenetur. Hos ab iolao ac theſ
piadibus: quoꝝ plures in eam inſulā trāſcenderunt: genus ducere putāt.
Nam quo tempore hercules decantatos ſubiit labores liberos ab eo ex
Teſpii filiabus ſuſceptos cū græcoꝝ barbaroꝝq; copia ſecundum certū
oraculum in ſardiniā ad cōdendam coloniam miſit. Quod ſentiēs iolaus
herculis nepos in inſulā uenit: inq; ea cōditis haud cōtemnendis urbibus
patria omni potitus populos ab ſe dixit iolaos. Gymnaſia & deoꝝ tēpla
cæteraq; ad hoīum foelicitatē ſpectantia: quoꝝ adhuc monumēta extāt
ab eo ſunt inſtituta. Cū ab oraculo traditum eſſet hanc coloniā liberam
ſemꝑ futuram: ueꝝ uſq; ad hæc tēpora id oraculum fuit. Nam cū cartha
ginēſes magnis copiis inſulā cæpiſſent: nunq̄ iolaos ſubegere. Ad mōta
na enī atq; aſpera cōfugiētes loca effoſis ſub terrā habitaculis lacte caſeo
carnibus ex pecoribs: quæ plurima illis erant: ueſcebantur. Agriq; colēdi
declinato labore in mōribus uitam quietam ducebant. Carthaginēſes cū
ſæpius eos bello tentaſſent difficultate locoꝝ abſterriti liberos reliq̄rūt.
Poſtremo romanis armis ſæpius laceſſiti hac locoꝝ aſperitate inuicti ꝑ
manſere. Iolaus iis quæ ad ſtatū coloniæ ꝑtinebant cōpoſitis in græciam
rediit. Theſpiades cum multis ſæculis inſulæ p̄fuiſſent tandē in italiam
nauigantes loca circa cumam tenuere. Reliqua multitudo depoſita barba
rie præficientes ſibi ex accolis optimos duces huc uſq; libertatē ſeruarūt
P̄ter has inſulas eſt alia pytiuſſa a pinis: quæ frequentes in ea naſcuntur
nomen ſortita. Diſtat ab herculeis columnis dieꝝ trium nauigatione: a
libya uero diei noctiſq; unius: diei unius ad hiberia. Magnitudine ſimilis
corcyræ. Reꝝ copia mediocris. Vites fert ea regio lic& raras. Cæteræ ar
bores in cōuallibus fiunt. Inter ea quæ ibi oriuntur lanam præferunt. Di
ſtincta campis accollibus inſula urbem habet Eneſum carthaginenſium
coloniam. Moenium ambitu ac frequētibus domibus portu inſuꝑ peruti
li ſatis celebrem palmis præterea fertilis eſt uariis a barbaris præſertim
phoenicibus habitata. Hæc colonia centum ſexagīta annis poſt cōditam
carthaginē eſt deducta. Aliæ quoq; exiſtunt inſulæ hiberiæ oppoſitæ a
græcis gymnaſiæ ab incolaꝝ nuditate: qui æſtatis tēpore abſq; ueſtibus

incædunt. Ab accolis uero ac romanis baleares a fundæ iactu qui rectius q̃ reliqui lapides iaciunt appellati. Harꝝ media maior eſt reliquis inſulis demptis ſeptē: Sicilia: Sardinia: Creta: Euboea: Cypro: Cyrno: Leſbo. Abeſt ab hiberia diei unius nauigatiōe. Minor ad orientē ſpectat nutriens plurima oīs generis armenta: ſed mulos pcipue. qui & magni ſunt & ſonora uoce. Vtraqꝫ inſula fertilis ac fructifera eſt referta habitatoribus ut qui triginta hoīum millia excædant. Ad uini potū: qui rarꝝ apud eos eſt: ſunt prōptiores: oleo oīo carent. Ideo ex lentiſco & porcidipe mixtis ungunt corpora: mulieres adeo p̄ cæteris appetunt: ut mulierem a pdonibus captam tribus aut quattuor redimant uiris. Habitant ī ſaxis cōcauis: iuxtaqꝫ pcipites petras. Effoſſis cuniculis ad corporꝝ tegumenta utuntur & uitæ ſecuritatē. Aureo nūmo aut argenteo nō utuntur. Quæ afferri ad īſulā ꝓhibent cām afferentes Gerionem Criſauri filiū auro atqꝫ argēto opulentiſſimum quōdam ab hercule bello expugnatū. Exiſtimant enī eo pacto cum auro atqꝫ argento careant ſeſe facile omnes uitæ īſidias euaſuros. Hanc ob rem cū olī cū carthaginenſibus militaſſent: ex ſtipendio īpenſo mulieres ac uinum emptum ſecum tulere. Mirandum uero quod ī nuptiis de more ſeruant: ī epulis enī q̃ cum domeſticis amiciſqꝫ ī nuptiis fiunt. Primus ſecunduſqꝫ & deinceps ſecundū ætatē reliqui nuptam magno numero cognoſcunt. Vltimus ſpōſo locus ad uxorem datur: priuatī quid etiam & a cæterorꝝ moribus alienum īdefunctorꝝ ſepulchris obſeruant. Lignis enī membra corporis inciſa in uas cōiiciunt ſupraqꝫ ſaxa accumulant: Arma eis ſunt fundæ tres. Vna caput cingunt. Altera uentrē: Tertia ī manibus geſtatur. In p̄lio lapides multo maiores: q̃ reliqui ita iactant robuſte ut ab aliquo tormento lapis miſſuſ uideatur. In urbiū expugnatiōe lapidum iactu eos qui de ſupra ex ꝓpugnaculis tuentur moenia uulnerant: In pugna uero ſcuta galeas omneqꝫ armorꝝ genus cōfringunt Ita aūt recte lapides ꝓpellunt: ut raro effugiat ictū appetitus locus quod eis cōtinuus a pueritia uſus pb& a matribus ad id certamen coactis: imponunt. n. ſupra erectum lignum panem ſignum quod iactu petant: neqꝫ ante cibum capiunt: q̃ panem lapide eiectum ꝓ cibo ſumunt pmiſſu matris: poſt eaſ q̃ inſulas: q̃ ad columnas herculis ſpectant rettulimus: ad oceani īſulas tranſceamus. Eſt libyam uerſus ad oceanum ſita plurium dierꝝ nauigatione inſula pmagna agro fertili tum campis amenis tum montibus diſtincta. Fluminibus rigatur: q̃ ſint nauium capacia plurima: ſunt ī ea pomeria uariis arboribus cōſita: ortiqꝫ amoeni: quos aquæ dulces īterfluūt.

Diuerſoria in illis ædificant ſumptuoſa:ortos quoq cotonioꝝ umbracu la decorant in floꝝ morem ſita:in quæ æſtus tẽpore diuertunt. Amena fertiliſq regio copia fructuũ exuberat. Mõtes frequentibus ſiluis arbori buſq fructiferis:aquis inſup irriguis ornantur. Abundat quoq inſula fõ tibus aquæ dulcis:quæ nõ tantũ uſui uoluptatiq ĩcolentiũ ſatiſfacit:ſed etiã cõfert ad robur corpoꝝ ac ualitudinẽ. Sunt inſup loca diuerſoꝝ aĩali um uenationibus apta:ex quibus epulas cõficiunt ſuaues ac ſũptuoſas:pi ſces etiã mare affati pbet. Eſt & aer ibi ſaluberrimus:qui maiori ex parte anni fructus ferat:aliaq ſpẽm ac decorẽ pſtãtia:ut hæc inſula nõ hoĩum ſed deoꝝ diuerſoriũ ob eius foelicitatẽ exiſtimetur priſcis tẽporibus quo niam a reliquo orbe diuulſa uidetur ĩcognita:hoc poſtmodũ modo repta eſt:phoenices quõdam ad diuerſa emporia nauigantes ſæpius plures in libya nõnullas in europa:quæ ad occidentẽ ſpectat colonias condidere. Multis deinde opibus coactis extra colũnas herculis oceanũ ĩgreſſi ĩ che roneſo europæ littoris columnis ppinquo cõdidere urbẽ:quam gadirã dixerunt. In ea inter cætera ædificia tẽplum herculi quod ad noſtrã uſq ætatẽ ſũma ĩ ueneratione honoreq eſt habitũ. Statutis de more phoeni ceorum ſacris ſumptuoſo ope cõſtruxerunt:plures romanoꝝ duces clariſ ſimi magnis rebus geſtis uota huic deo ſuſcepta ploluerunt. Veꝝ phoe nices p oceanũ mare iuxta libyã nauigantes plures dies tẽpeſtatibus acti cum ad hanc inſulã delati eſſẽt aĩaduerſa eius natura foelicitateq notam cæteris fecere. Q ua ex cauſa cũ tyrreni qui claſſe potentes erant in eam inſulã coloniã mittere decreuiſſent a carthaginenſibus ſunt phibiti:ueri tis ne loci bonitate allecti ciues eorum ad eam ſe conferrent:& ſic ſiqua forſan aduerſa urbi fortuna ĩcidiſſ& uolebant ignotũ ad quẽ facile confu gerent locum eſſe. Sed ad europã redeamus: In oceano galliæ montibus herciniis totius europæ maximis oppoſitæ ſunt inſulæ plures:quaꝝ ma xima eſt britãnia priſcis temporibus nullius aduenæ imperium experta. Neq enim Dionyſium:neq herculem:neq heroa aut ducem quempiã accepimus eos bello tentaſſe. Nũc. C. Ceſar qui propter geſtas res deus eſt appellatus prius omnium britãnis ſubactis certum eos dare tributũ coegit. Sed de his ſuo tempore dicetur latius. Eſt hæc inſula triãgulari forma ſiciliæ ſimilis latera habens in æqualia. Cum protẽdatur per obli quum Europam uerſus ubi minimum a continenti abeſt promontorium eſt qui appellatur Cation procul a terra:quo tempore mare fluit ſtadiis ferme centum. Alterum promontorium Velerium nomine abeſſe aiunt a

cõtinenti nauigatione dierum quattuor. Reliqua pars quam orcham ap
pellant:ad mare ſpectat. Minimū latus europæ adiacēns ꝓtendi aſſerūt
